cui admisceantur

Succor. Becabungæ,
Nasturt. aq. ana libr. una semis,
Vini albi opt. libr. octo.
Mala Limon. cum toto incis. No. duodecim.
Radic. Bryoniæ rec. lib. quatuor.
Raphani sylvestr. lib. duæ.
Ari, uncia dimid.
Cortic. Winterani,
Nucum Moschat. ana unciæ quatuor.

Macerentur per triduum, & destillentur *M. B.*

Aqua Pœoniæ composita.

℞. Florum Lilii conval. recentium libram unam.

Infundantur in vini Hispanici Congiis quatuor.

℞. Florum Tiliæ libræ dimidium.
Pœoniæ uncias quatuor.

Macerentur per biduum; deinde destilla ad siccitatem, in balneo Mariæ.

In destillato liquore macerentur

Ba-

Radicum Pœon. maris debitè collectarum unciæ duæ ſemis.
Dictamni albi,
Ariſtolochiæ longæ, ana unciæ dimid.
Fol. Viſci querc.
Rutæ, ana manip. duo.
Sem. Pœoniæ decort. drachmæ decem.
Rutæ, drachmæ tres ſemis.
Caſtorei, ſcrupuli duo.
Cubebarum,
Macis, ana drachmæ duæ.
Cinnamomi, uncia una ſemis.
Scillæ præpar. tres drachmæ.
Florum roriſmarini, pug. ſex.
Stœchados Arab.
Lavendulæ, ana pug. quatuor.
Betonicæ,
Tunicæ,
Paralyſis, an. pug. octo: tum Succi Ceraſorum nigrorum libris quatuor adjectis, deſtillentur omnia in vitreis organis, ut ſuprà.

Aqua Epidemia.

℞. Rad. Angelicæ,
Imperatoriæ,
Petaſitidis,
Pœoniæ, ana ſelibram.
Mei Athamantici,
Scorzoneræ, an. unciis quatuor.
Serpentariæ Virginianæ uncias duas.
Fol. Rutæ,
Roriſmarini,

Me-

Meliſſæ,
Cardui ben.
Scordii,
Calendulæ cum flor.
Dracuntii,
Galegæ,
Menthæ, ana Manipulos quatuor.

Quibus debitè præparatis affundè aquæ font. Congios quatuor, Spiritûs vini opt. congios duos: finitáque, calore Balnei, vaſe optime clauſo, triduanâ maceratione; deſtilla per *B. M.* Congios quatuor; in quib. ſuſpende Croci, nodulo incluſi, unciam dimidiam. Aquæ hujus ſtillatitiæ ſingulis libris adde ſacchari albiſſimi ſeſquiunciam; fiatque Colatura per manicam Hip.

Aqua Bezoartica.

℞. Fol. Chelidonii maj. cum radicibus manip. tres ſemis.
Rutæ, manip. unum.
Scordii, manip. duos.
Dictamni Cret.
Cardui benedict. ana man. unum ſemis.
Rad. Zedoariæ.
Angelicæ, ana drachmas tres.
Cort. extern. Citri,
Limonum, ana drachm. quinque.
Flor. Tunicæ, unciam unam ſemis.
Roſarum rubr.
Centaurii min. an drachmas duas.

Incidenda incidantur, & per triduum macerentur in ſpiritûs vini opt. & vini Malvat.

var. ana libris tribus cum dimidia. Aceti florum Tunicæ, Succi Limonum, ana libram unam. Destillentur per balneum Mariæ in vase vitreo. Liquori destillato adde Cinnamomum.

Cinnamomi, drachmas tres.
Caryophyllor. drachmas duas semis.
Theriacæ Androm. uncias tres.
Mithridatii, unciam unam semis.
Camphoræ, scrupulos duos.
Trochisc. de Viperis, unciam dimidiam.
Macis, drachmas duas.
Xyloaloes, drachmam unam.
Santali citr. drachmam unam semis.
Sem. Cardui bened. unciam unam.
Citri, drachmas tres.

Macerentur bidui spatio, & lentissimo igne destillentur per *B. M.* bis vel ter.

Postquam ad medias facta fuerit destillatio: quod in vase erit residuum, colari poterit per pannum lineum, & colatura per ulteriorem destillationem reduci in extractum Mellagineum, asservandum sub nomine, *Extracti Bezoartici.*

Aqua & Spiritus lumbricorum Magistralis.

℞. Lumbricorum bene mundatorum, libras tres.

Limacum cum testis mundatorum, congios duos.

Contundantur in mortario, indantur vasi conven. addendo

Fol.

Fol. Urticæ urentis cum radicibus manip. sex.
Angelicæ sylvestris, manip. quatuor.
Brancæ Ursinæ, manip. septem.
Agrimoniæ,
Betonicæ, ana manip. tres.
Rutæ, manip. unum.
Absinthii communis, man. duos.
Florum roris. uncias sex.
Radicum Oxy-lapathi uncias decem.
Oxalidis uncias quinque.
Curcumæ,
Corticis inter. arb. Oxyacanthæ, ana uncias quatuor.
Sem. fœnugræci, uncias duas.
Caryophyllorum pulv. unc. tres.
Cornu Cerv. crassè pulv.
Eboris similiter præp. ana unc. quatuor.
Croci drach. tres.
Spiritûs vini tenuioris congios quatuor cum dimidio: postquam viginti quatuor horis macerata fuerint, destillentur per *M. B.* Organis vitreis.
Libræ quatuor primæ *Spiritus* nomine reserventur; quæ sequuntur *Aquæ Lumbric. Magistr.* indigitentur.

Aqua Gentianæ compositæ.

℞. Rad. Gentianæ incis. libram unam semis. Foliorum & florum Centaurii min. ana quatuor uncias.
Macerentur in vini albi optimi lib. duodecim per dies octo, destillentur postea per *M. B.*

Aquæ

Aqua Gilberti.

℞. Fol. Scabioſæ.
Pimpinellæ.
Dracuntii.
Meliſſæ.
Angelicæ.
Anagallidis fl purp.
Tormentil. cum radic. ana man. duos. Omnia ritè collecta & præp. in vini Canar. congiis quatuor macerentur, deſtilla per *M. B.* congios tres, quibus adde
Flor. cordial. ana uncias tres.
Tunicæ uncias ſex.
Croci unciam dimid.
Rad. Curcumæ, uncias duas.
Galangæ,
Sem. Ocimi, ana drachmam unam.
Cort. Citri ſicc. unciam unam.
Sem. Citri,
Cardui,
Caryophillor. ana drachmas quinque.
Raſuræ Cornu Cerv. uncias quatuor. Macerentur viginti quatuor horas, & deſtillentur in Balneo Mariæ, ſuſpendendo priùs in roſtro Alembici
Perlarum præp. unciam ſemis.
Corallii rubri præp.
Oc. Cancri præp.
Succini albi, ana drach. duas.
Chelarum cancrorum ſubtiliſ. pulv. drachmas ſex.
Lapidis Bezoartici Orient.
Ambræ griſ. ana ſcrup. duos.

Tan-

Tandem adde sacch. canti albi cum aq. ros. rub. unc. sex. aq. Cinnamomi opt. vel spiritûs, unciis quatuor soluti, uncias duodecim.

Aqua Cordialis Saxoniæ.

℞ Succor. Boraginis.
Bugloſſi,
Meliſſæ,
Biſtortæ,
Tormentillæ,
Scordii,
Verbenæ,
Oxylapathi,
Acetoſæ,
Rutæ Capratiæ,
Myrrhidis.
Cyani { majoris. / minoris.
Roſarum,
Calendulæ,
Limonum.
Citrii, ana uncias sex.
Pimpinellæ,
Pentaphylli, ana uncias tres.
Aceti vini albi libram unam.
Sem. Portulacæ.
Florum Nymphææ ana uncias duas.
Boraginis,
Bugloſſi,
Violarum,
Tunicæ, ana unciam unam.

Spec. Diatr. Sant. drachmas sex. Infund. omnia ritè præp. per triduum, deinde de-

ſtil-

ſtillentur vitreis organis in *B. M.* Adde ſtillatitio liquori

Margaritarum pulverat. drachmas tres. Probè miſceantur, & conſerventur.

Aqua Theriacalis.

℞. Succi Putaminum virid. Nucum Jugland. libras quatuor.

Rutæ, libras tres.
Cardui bened.
Calendulæ,
Meliſſæ, ana libras duas.
Radicum rec. Petaſitidis libram unam ſemis,
Bardanæ, libr. unam.
Angelicæ,
Imperatoriæ ana libr. dimid.
Fol. Scordii, man. quatuor.
Theriacæ Androm. veteris,
Mithridatii, ana uncias octo.
Vini Canarini generoſi, libras duodecim.
Aceti acerrimi, libras ſex.

Succi Limonum depurati, libras duas. Fiat per biduum digeſtio in Balneo, vaſe optimè clauſo, deinde deſtillatio: & hinc inter deſtillandum paretur Extractum Theriacale.

Aqua Bryoniæ compoſita.

℞. Succi rad. Bryoniæ, libras quatuor.
Fol. Rutæ.
Artemiſiæ, ana libras duas.
Sabinæ, manip. tres.
Matricariæ,

Ne-

Nepetæ,
Pulegii reg. ana man. duos.
Ocimi,
Dictamni Cret. ana man. unum semis.
Cortic. Aurant. flav. rec. uncias quatuor.
Myrrhæ, uncias duas.
Castorei, unciam unam.
Vini generosi Canarini, libras duodecim.

Digerantur per quatriduum vase idoneo, mox fiat in *B. M.* destillatio, deinde sub medium destillationis, expressio, & colatura; & tandem, per destillationis continuationem, & tincturæ inspissationem. F. Extractum Hystericum.

Aqua Imperialis.

℞. Cortic. Citri. ficc.
Aurantiorum.
Nucis Mosch.
Caryophyl.
Cinnam. ana uncias duas.
Rad. Cyperi,
Ireos Flor.
Calami arom. ana unciam unam.
Zedoariæ,
Galangæ,
Zingiberis, ana unciam dimidiam.
Summitatum Lavendulæ,
Rorismarini, ana manip. duos.
Fol. Lauri,
Majoranæ,
Melissæ,
Menthæ,
Salviæ,

Thymi, ana man. unum.
Flor. Roſarum alb.
pallid. rec. ana. manip. ſemis.
Aquæ Roſarum, libras quatuor.
Vini Albi optimi, libras octo.
Contuſis contundendis, infundantur omnia diem integrum, tandem deſtilla per *M.B.* ut artis eſt.

Aqua Mirabilis.

℞ Caryophyllorum,
Galangæ,
Cubebarum,
Macis,
Cardamomi,
Nuc. Moſc.
Zingiberis, ana drachmam unam.
Succi Chelidonii, libram dimid.
Spiritûs vini, libram unam.
Vini albi, libras tres.
Infund. viginti quatuor horas, & deſtillentur in *M. B.* duæ libræ.

Aqua Doctoris Stephani.

℞. Cinnamomi,
Zingiberis,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ,
Gran. Paradiſi,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Carui, ana drachmam unam.
Fol. Thymi,

Ser-

Serpylli,
Menthæ,
Salviæ,
Pulegii,
Parietariæ,
Roriſmarini,
Flor. Roſarum rubrarum,
Chamæmeli,
Origani,
Lavendulæ, an. manip. unum.
Vini Gaſconici libras duodecim.
Macerentur omnia diei ſpatio.
Tum deſtillentur per *B. M.* f. a.

Aqua Cæleſtis.

℞. Cinnamomi opt. unciam unam.
Zingiberis unciam dimidiam,
Santalorum omnium, ana drachmas ſex,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas duas ſemis.
Macis,
Cubebarum, ana drachmam unam.
Cardamomi utriuſque, ana drachmas tres.
Zedoariæ unciam dimidiam.
Sem. Melanthii drachmas tres.
Aniſi,
Fœniculi dulcis,
Dauci ſylveſtris,
Ocimi, ana drachmam unam ſemis.
Rad. Angelicæ,
Caryophyllatæ,

Glycyrrhizæ,
Valerianæ minoris,
Calami odorati.
Fol. Hormini.
Thymi,
Calaminthæ.
Pulegii,
Menthæ,
Serpylli,
Majoranæ, ana drachmas duas.
Flor. Rosarum rubrarum,
Salviæ,
Rorismarini,
Betonicæ,
Stœchados,
Bugloſſi,
Boraginis, ana drachmam unam ſemis.
Corticum Citri drachmas tres.
Terenda terantur, & macerentur dies quindecim in libris duodecim Spiritûs vini optimi in vaſe vitreo probè clauſo: dein deſtillentur in *B. M.* ſ. a.
Tum aquæ deſtillatæ adde
Specierum Diambræ,
Aromatici roſati,
Diamoſchi dulcis,
Diamargariti frigidi,
Diarrhodon Abbatis,
Electuarii de Gemmis, ana drach. tres.
Santali Citrini contuſi drachmas duas.
Moſchi,
Ambræ griſeæ, in tela rara ligatorum, ana ſcrupulum unum.
Julepi Roſati clari, libram unam.

Op-

Optimè simul conquassentur, ut Julepum cum aqua bene commiscèri queat. Dein clausò vasè cum cera & chartâ Pergamenâ, reponantur, donec crassamentum deposuerint, & aqua clara evasèrit.

Aqua Terebinthinata.

℞. Rad. Iridis Flor.
Fol. siccor. Menthæ,
Dictamni, ana unciam.
Sem. pulv. Agni casti,
Rutæ,
Lactucæ, an. drachmas sex.
Terebinthinæ Ven. uncias quatuor.
Vini albi libras tres.
Digerantur viginti quatuor horas in *B. M.*
Tum destillentur, ut artis est.

Aqua Protheriacalis.

℞. Fol. Scordii,
Scabiosæ,
Cardui bened.
Galegæ, ana manip. duos.
Cortic. Citri,
Aurant rec. ana uncias duas.
Sem. Citri,
Cardui ben.
Seseleos,
Thlaspios, ana unciam unam.
Florum Calendulæ,
Anthos, ana manipul. unum.
Incidenda incidantur, & contundenda contundantur crassiusculè, deinde cum vini albi meraci libris quat. & aquæ Cardui

bened. libris duabus, in vas vitreum immittantur bene obturatum, ut per duas hebdomadas insolentur; vel in hypocausto per aliquot dies macerentur, factâ agitatione frequenti. Tum demum in *B. M.* destillentur, ità ut libræ duæ priores exstillatæ per se separatim usui serventur. Quæ verò postea per destillationem effluit aqua, itidem per se usui asservetur; tum denique singulis libris admisce. Julapii Alexandrini unciam, aq. Cinnam. Cochl. unum.

Aqua Caponis.

℞. Caponem evisceratum, atque in frusta inciſum; demptâ pinguedine; decoque in ſuffic. quantitate aq. font. clauſo vaſe. ℞ Brodii expreſſi lib. tres.

Aquar. Boraginis,
Violarum, an libr. unam ſemis.
Vini albi libram unam.
Flor. roſ. rub. drachmas duas ſemis.
Violarum.
Boraginis,
Bugloſſi, ana drachm. unam.
Micæ panis è furno calentis, ſemilibr.
Cinnamomi confracti, ſemiunciam: deſtillentur in alembico vitreo ſecundùm artem.

Aqua Limacum Magiſtr.

℞ Succorum Hederæ terreſt.
Tuſſilaginis,
Scabioſæ,
Pulmonariæ maculoſæ, an. libr. unam cum dimidia.

Por-

Portulacæ,
Plantag.
Ambroliæ,
Veronicæ, ana libram unam.
Sanguinis porcini rec.
Vini albi, an. libras quatuor.
Limacum hortens. incis. libras duas.
Rad. Glycyr. pulv. uncias duas.
Enulæ camp. unciam dimid.
Ireos Flor. unciam unam.
Sem. Bombacis, unciam unam semis.
Frigidorum maj.
Anisi, ana drachmas sex.
Croci, drachmam unam.
Florum Rosarum rub. pug. sex.
Violarum,
Borag. ana pugil. quatuor.
Macerentur per triduum tepidè; destillentur deinde vitreis organis in *M. B.*

Aqua Scordii Composita.

℞. Succor. depurat. Galegæ,
Acetosæ,
Scordii,
Citri, ana libram.
Theriacæ Lond. uncias duas.
Macerentur per triduum, & destillentur alembico vitreo in *B. M.*

Aqua Mariæ.

℞. Sacchari candi, libram unam.
Vini Canarini, uncias sex.
Aquæ ros. uncias quatuor.
Fiat Syrupus benè coctus in *B. M.* adde
Aquæ Cœlestis, libras duas.

Ambræ grif.
Moſchi, ana, gr. octodecim.
Croci, gr. quindecim.
Santali citr. in aq. Cœleſti infuſi, duas drachmas.
Fiat aqua depurata.

Aqua Papaveris compoſita.

℞. Florum Papav. erratici, libras quat. irrorentur cum vini albi libris duabus; deinde deſtillentur vitreis organis, in *B. M.*

Aqua deſtillata cohobetur ſuper recentes flores, idque ter repetatur. Unicuique aquæ deſtillatæ libræ addantur Nuc. Moſc. incif. No. duæ. ſacchari albi unciæ duæ.

Aqua Juglandium Compoſita.

℞. Putaminum virid. Nucum Jugland. libram unam cum dim.
Rad. Raphani hort. libr. unam.
Fol Aſari virid. uncias ſex.
Sem. Raphani, uncias quatuor.

Contuſis affundantur aceti vini albi libræ tres, digerantur ſimul per triduum, & deſtillentur in vitreis organis in *B. M.*

Uſquebach, ſive Aqua vitæ, Hibernis popularis.

℞ Aquæ vitæ generoſioris, libras viginti quatuor.
Illis per quatriduum infunde
Rad. Glycyrrhizæ libram unam.
Uvarum paſſarum exacinat. libram dimidiam.

Ca-

Caryophyllorum unciam dimidiam.
Macis,
Zingiberis, ana drachmas duas.
Servetur colatura in usum.

TINCTURÆ.

Tinctura Croci.

℞ Croci opt. drachmas duas. Aquæ Theriacalis stil. uncias octo, digerantur per dies sex, reservando colaturam.

Tinctura Castorei.

℞ Castorei pulv. unciam dimid. Spiritûs Castorei libram dim. Digerantur simul per dies decem in frigido. Colatura servetur pro tinctura Castorei.

Tinctura Fragorum.

℞ Fragorum Sylvestrium maturorum libras duas: in Phiala conveniente repositis affunde spir. vini tenuis, q. s. ut digitis quatuor transversis cooperiantur Fraga: vase probè clauso macerentur ad Solis calorem per biduum, deinde fiat colatura cum levi expressione. Idem spiritus affundatur recentibus Fragis, prædictâ ratione sexies opus repetendo, liquor à residentiâ depuratus reservetur.

Tinctura Scordii.

℞. Fol. Scordii selectissimor. sereno tempore collect. libram dimidiam.
Spiritûs vini tenuioris, libras sex; di-

gerantur in vase conv. obturato per triduum. Fiat levis expressio, & infusio repetita cum foliis rec. ad tertiam vicem. Liquor per desidentiam depuratus servetur ad usum; Sic fieri potest

Tinctura { *Chelidonii.* *Ononidis.* *Roris solis*, &c.

Tinctura Theriacalis,
Vulgo,
Aqua Theriacalis, Lugd. per infus.

℞ Vini Cretici, vel Canarini opt. aliquoties destillati,
Aceti acerrimi in quo seminum rutæ semuncia incocta fuerit, ana libras duas.
Theriacæ electæ,
Mithridatii opt. ana libræ dimid.

Misce, ac insolentur, vel hypocausti, aut balnei calore digerantur, & qua colata servetur usui.

Tinctura Cinnamomi,
Vulgo,
Aqua Clareta cinnam.

℞. Cinnam. contusi, uncias duas.
Spiritûs vini rectif. libras duas.

Fiat infusio per quatriduum vase amplo, subere & vesicâ clauso, bis terve indies agitando, seorsim verò dissolvatur libra dimidia sacchari cand. in libris duabus aquæ Ros. Misce utrumque liquorem, & inlatur nodulus continens Ambræ-griseæ scrup. dim.

Mo-

Moſchi, gr. quatuor.

Tinctura Viridis.

℞. Æruginis æris, unciam dimid.
Auripigmenti, drachmas ſex.
Aluminis, drachmas tres.
Coquantur, in vini albi libra una, ad abſumpt. dimidii & poſtquam refrixerit, adde
Aq. Roſ. rub.
Solani, ana uncias ſex.
Huic affinis addi poteſt,

Aqua Aluminoſa Magiſtralis.

℞ Aq. Plantag.
Roſ. rub. ana libr. unam,
Alumin. rupei.
Sublimati, ana drach. duas.
Terantur Alum. & Sublimatum, bulliant ſimul cum aquis in vaſe vitreo orificii anguſtioris, ad abſumptionem medietatis. Poſt quintiduo factam defidentiam, F. colatura clara, ſervanda in vaſe vitreo.

VINA MEDICATA.

Vinum Abſinthites.

℞. Abſinthii ſicci manip. pro unoquoque vini congio, immittatur in vas bene obturatum, & ſic maneat in infuſione.
Eodem modo parantur

℞ *vinum* { *Anthoſatum*, *Euphragiatum*, &c.

Vi-

Vinum, sive *Aqua Cerasorum Nigrorum.*

℞. Succi Cerasor. nigr. Congium unum, servetur in vase clauso, donec fermentari incipiat; tum coletur, & adjectâ sacchari albi unciâ unâ ad unamquamque libram, per manicam Hip. trajiciatur, & in lagenis optimè obturatis servetur in usum.

Vinum Elleboratum.

℞. Ellebori albi minutim incisi, uncias quatuor.
Vini Hispanici opt. libras duas.
Macerentur simul in phiala conv. optimè obturatâ ad Solis calorem per dies caniculares, vel alios æstivos.

Vinum Rubellum.

℞. Vitri antimon. pulv. unciam unam.
Caryophyl. incis. drachmas duas.
Vini Clareti sive Rubelli, libras duas.
Serventur in Phiala bene clausa.

Vinum Benedictum.

℞. Croci Metal. pulv. unciam unam.
Macis, drachmam unam.
Vini Hispan. libram unam semis macerentur.

Vinum Antimoniale.

℞. Reguli antimonii pulv. uncias quatuor.
Vini albi opt. libras tres. Macerentur simul in vase obturato, post primam agitationem permittendo subsidere regulum.

Vinum

Vinum Chalybeatum.

℞. Chalybis præparati unciam unam.
Croci pulverati & in nodulo inclusi grana octo.
Vini albi odori libras duas.
Infunde frigidè per triduum, aut quatriduum, sæpe interea agitando, inverso vase. Tum F. colatura per manicam Hip. serveturque usui.

Vinum Scilliticum.

℞ Rad. Scillæ albæ montanæ circa canis exortum collectæ, in laminas concisæ, & per mensem exsiccatæ, libram unam. Mitte in vitreum vas, & superinfunde vini albi veteris Gallici libras octo: Macerentur per quadraginta dies, deinde Scilla eximatur.

ACETA MEDICATA.

Acetum Destillatum.

℞ Aceti optimi quantum sufficit; imple Alembicum vitreum, vel terreum, ad tertiam tantùm partem; imponatur vas super cineres, & destilletur primò leni igne, ut phlegma separetur; deinde, sensim ignem augendo, fortiori absolvatur opus.

Acetum Rosaceum.

℞. Ros. rub. mediæ maturit. sereno cœlo collect. exungulatarum, & in sole exiccatarum, libram unam. Aceti libras duos

duodecim. Infolentur diebus quadraginta, deinde coletur acetum, repetatur infusio cum rosis recentibus.

Acetum Sambucinum, Anthosatum, Garyophyllatum, &c.

Eodem modo præparantur.

Acetum Scilliticum.

Scillæ laminæ inter externum corticem & cor mediæ, ex arte purgatæ, & in taleolas sectæ, Soli, aut remisso calori exponantur per triginta aut quadraginta dies: dein libra una minutim incisa (cultro è candidiore ligno, aut ebore parato) in lagenam demittatur, optimi aceti libris sex affusis: vasculum ritè obturatum (ne quid exhalet) exponatur æstivo tempore radiis solaribus, triginta vel quadraginta dies: postea aperto vase totum transcoletur, & lagenis diligenter occlusis adservetur.

Acetum Theriacale Norimberg.

℞. Rad. Chelidonii maj. unciam unam & semis.
Angelicæ,
Imperatoriæ,
Gentianæ,
Bistortæ,
Valerianæ,
Pimpinellæ,
Dictamni albi,
Helenii,
Zedoariæ, ana drachmam unam.
Plantag. maj. drach. unam cum dim.

Fol. Piloſellæ,
Salviæ,
Scabioſæ,
Scordii,
Dictamni Cret.
Cardui bened. ana manip. dim.
Cortic. & Sem. Citri, ana drachmam cum dim.
Boli Armenæ, drachm. unam.
Croci, drachmas tres.
Cornu Cerv. drachmam unam & dim.

Ex his, Crocus, Cornu cerv. Dictamnus, & Bolus in linteo ligentur, ac macerentur unà cum præſcriptis, in libris quinque aceti acerrimi per plures dies in vaſe vitreo bene clauſo ad temperatum calorem. In colatura diſſolve.

Theriacæ optimæ drach. ſex.

Sæpius conquaſſentur, & ſerventur uſui.

Acetum Theriacale.

Adde, Aquæ Theriacalis (ſuprà deſcriptæ) magmati, Flor. Caryophyllorum unciæ duas. Lavendulæ unciam unam ſemis. Atque affundantur aceti roſ. & Sambucini acerrimi, ana libræ quatuor, fiatque ſine ebullitione digeſtio in fimo per octiduum, mox per manicam Hip. colatura.

DECOCTA.

Decoctum commune pro clyſtere.

℞ Fol. Malvæ.
Violariæ,

Parietariæ,
Betæ,
Mercurialis, ana manip. unum.
Fl. Chamæm. pug. duos.
Sem. Fœnic. dulcis, ſemunciam.
Lini, duas drachmas.
Coq. in aq. communis, q. ſ. ad libram,

Decoctum Epithymi.

℞. Myrobal. Cheb.
Indar. an. ſemunciam.
Stœch. Arab.
Uvarum paſſ. enucl.
Fol. Epithymi,
Sennæ, ana unciam.
Fumiterræ, unciam dimid.
Eupatorii, drach. quinque.
Rad. Polyp. q. drachm. ſex.
Turpeti, unciam dimid.
Seri lactis caprini, vel vaccini, libras quatuor.

Bulliant omnia ſimul, præter Epithymum, ad libras duas; tum adde Epithymum, & ferveſac ſemel: tolle ab igne, & adde
Rad. Elleb. nigr. drachm. unam ſemis.
Agarici, drachmam dimid.
Salis gem. drach. unam ſemis.
Macerentur per decem horas, & factâ expreſſione validâ, colentur.

Decoctum Sennæ Gereonis.

℞ Fol. Sennæ uncias duas.
Rad. Polyp. q. unciam dimid.
Zinzib. drachm. unam.
Uvarum Paſſ. enucl. uncias duas.

Se-

Sebesten,
Prunorum Damascen. ana No. duodecim
Florum Borag.
Viol.
Ros. rub.
Anthos, ana drachm. duas.
Coq. in aq. font. libr. quatuor, ad dimidii absumptionem. f. a.

Decoctum Pectorale.

℞ Uvar. Pass. enucl. unciam unam.
Sebesten,
Jujubas, ana No. quindecim.
Dactyl. No. sex.
Caricas ping. No. octo.
Hordei mund. unciam unam.
Glycyr. semunciam.
Fol. Capil. Ven.
Hyssopi,
Scabiosæ,
Tussilag, an. manip. unum.
Coq. in aq. font. libr. tribus ad tertiæ partis absumptionem.

Decoctum Traumaticum.

℞. Sarsæ parill. albæ & medullosæ sesquunciam.
Rad. Chinæ unciam.
Fœniculi,
Bardanæ tenellæ,
Urticæ,
Rhapontici,
Consolidæ,
Glycyrrhizæ,
Caryophyllatæ, ana drachmas sex.

Ari-

Ariſtolochiæ longæ ſemunciam.
Dictamni albi drachmas duas.
Fol. Betonicæ,
Hyperici,
Agrimoniæ,
Plantaginis quinquenerviæ,
Hederæ terreſtris,
Bugulæ,
Pyrolæ,
Saniculæ, ana manipuli ſemiſſem
Paſſularum exacin. unciam.
Sem. Coriandri,
Aniſi,
Urticæ min. an drach. duas.
Baccarum Juniperi drachmam.
Raſuræ Cornu cerv.
Eboris, ana drachmas quinque.
Coque in ſ. q. Aquæ font. ad libras duas.
Colaturæ adde vini albi generoſi uncias quatuor.
Mellis opt. deſpumati,
Sacchari canti albi, ana libram unam, *M.*

Lac Virginale.

℞. Aluminis rupei uncias quatuor.
Coque in aquæ font. libris duabus ad tertias: tum
℞. Lythargyri auri libram dimidiam.
Aceti vini albi acerrimi ſequilibram.
Decoquantur ad libram unam, colentur, ambæque Aquæ commiſceantur, & agitentur donec albeſcant.

Decoctum Amarum.

℞. Summit. Centaurii min.

Flor.

Flor. Chamæmeli, ana Pugil. unum.
Rad. Gentianæ, ſemi-ſcrupulum.
Fol. Senæ mundat.
Sem. Cardui ben. ana drachmam unam.
Coque in ſ. q. aquæ font. ad uncias quatuor.

SYRUPI.

SYRUPI ALTERANTES.

Syrupus De Abſinthio ſimplex.

℞. Succi Abſinthii communis depurati, Sacchari clarificati, ana libras quatuor.
Fiat Syrupus ſecundùm artem.
Eodem modo parentur Syrupi Simplices

Ex ſucco
- Betonicæ.
- Boraginis.
- Bugloſſi.
- Cardui benedicti.
- Chamæmeli.
- Cichorii.
- Endiviæ.
- Eryſimi.
- Fragorum.
- Fumariæ.
- Hederæ terreſtris.
- Hyperici.
- Lupuli.
- Mercurialis.
- Piloſellæ recentium ſummitatum.
- Plantaginis.

Po-

Ex succo { Pomorum. Portulacæ. Rubi idæi, Salviæ. Scabiosæ. Scordii. Sempervivi. Tussilaginis. Veronicæ.

Similiter ex reliquis succis non acidis.

Syrupus de Absinthio Compositus.

℞ Absinthii vulgaris, mediocriter sicci, libram dimidiam.
Rosarum rubrarum, uncias duas.
Spicæ Indicæ, drachmas tres.
Vini albi veteris generosi,
Succi Cydoniorum, ana libras duas cum dimidia.

Macerentur calide integrum diem, in vase fictili; tum leviter coquantur in *B. M.* & colentur; additisque Sacchari libris duabus, fiat Syrupus secundùm artem.

Syrupus Acetosus Simplex.

℞. Sacchari albi, libras quinque.
Aceti vini albi, libras duas.

Liquatione in Balneo aquæ ferventis, fiat Syrupus s. a.

Sy-

Syrupus Acetosus Compositus.

℞. Radic. Apii,
Fœniculi,
Endiviæ, an. uncias tres.
Sem. Anisi,
Apii,
Fœniculi, ana unciam unam.
Endiviæ, unciam dimidiam.
Aquæ limpidiss. libras quinque.
Coquantur in *B. M.*

Quibus contusis, & cucurbitæ vitreæ inditis, affunde aceti vini acerrimi libras duas; destillentur, appositio capitello, in *B. M.* ad specierum siccitatem. Tum speciebus in fundo remanentibus affunde aquæ font. libras tres. Coque leni igne ad tertias. Colaturæ albumine ovorum clarificatæ adde sacchari libras tres. Coque ad consistentiam Tabulati. Tandem adde aceti superioris destillati libram unam & uncias novem. Fiatque unâ vel alterâ ebullitione Syrupus.

Syrupus de Agno Casto.

℞. Sem. Rutæ,
Cannabis, an drachmam dimidiam.
Endiviæ,
Lactucæ,
Portulacæ,
Cucurbitæ,
Melonum, ana drachmas duas.
Psylli; semunciam.
Agni casti, uncias quatuor.
Florum Nenupharis,

Foliorum Menthæ, ana manipulum dimidium.
Decocti, ex Lentium & semin.
Coriandri, ana semuncia, libras tres.
Simul coque lento igne ad exhalationem librarum duarum; & colato residuo adde succi limonum uncias duas,
Sacchari albi sesquilibram.
Fiat Syrupus secundùm artem.

Syrupus de Agresta.

℞. Omphacii, sive succi ex uvis necdum maturis expressi, libras quinque.
Sacchari clarificati libras tres.
Coque in Syrupum.

Syrupus de Althæa.

℞. Rad. Althææ, uncias duas.
Graminis,
Asparagi,
Glycyrrhizæ mundatæ.
Uvarum passar. enucleatarum, ana semunciam.
Cymarum Althææ.
Malvæ,
Parietariæ,
Pimpinellæ saxifragæ,
Plantaginis,
Adianthi albi & nigri, ana Manipul. unum:
Cicerum rubrorum unciam unam.
Quatuor semin. frigidor. Majorum & Minorum, ana drachmas tres.

In-

Infundantur integrum diem in aquæ limpidæ libris ſex; tum coque dum quatuor ſuperſint; quibus expreſſis & colatis adde Sacchari albi libras tres ſemis. & confiat Syrupus in *B. M.* ſ. a.

Syrupus de Ammoniaco.

℞. Agerati.
Ceterach, ana Manip. quatuor:
Abſinthii vulgaris, unciam unam.
Rad. Cichorii,
Aſparagi,
Cortic. Rad. Capparum an. unc. duas.
Fiat omnium, poſt debitam præparationem, infuſio per horas 24. in vini albi unciis tribus.
Aquæ Raphani ſimplicis,
Fumariæ, an libris duabus.
Dein ebulliant ad libram unam, & uncias octo, & clarificetur colatura per ſubſidentiam:
In cujus adhuc tepentis unciis quatuor ſolve ſeorſim
Gummi Ammoniaci, priùs in aceto vini albi acerrimo ſoluti, uncias duas.
Reliquum coquatur cum Sacchari albiſſimi ſeſquilibrâ in Syrupum, injectâ ex Gummi miſturâ ſub finem.

Syrupus de Artemiſia.

℞. Artemiſiæ manipul. duos.
Pulegii,
Calaminthæ,
Origani,
Meliſſæ,

&c.

Perficariæ non maculatæ,
Dictamni Cretici,
Sabinæ,
Majoranæ,
Chamædryos,
Hyperici,
Chamæpityos,
Matricariæ cum flore,
Centaurii minoris,
Rutæ,
Betonicæ,
Bugloſſi ſylveſtris, ſive Echii, ana manip. unum.

Rad. Fœniculi,
Apii,
Petroſelini,
Aſparagi,
Ruſci,
Saxifragiæ,
Enulæ,
Cyperi,
Rubiæ Tinctorum,
Ireos,
Pœoniæ ana unciam unam.

Baccarum Juniperi,

Semin. Leviſtici,
Petroſelini,
Apii,
Aniſi,
Nigellæ,

Carpobalſami, ſive Cubebarum,
Coſti veri,
Caſiæ ligneæ,
Cardamomi,

Calami aromatici,
Rad. Asari,
Pyrethri,
Phu, ana semunciam.

Mundata, concisa & trita macerentur 24 horas, in aquæ limpidæ libris duodecim. F. Destillatio in *B. M.* ut eliciantur aquæ libræ octo. Exprimantur fæces prelo, & in colaturæ cum albumine ovi clarificatæ q. s. coquantur sacchari albissimi, libræ sex ad Tabulati consistentiam, dein addatur aqua priùs destillata; & in *B. M.* F. Syrupus s. a. aromatizandus.

Cinnamomi,
Spicæ Nardi, ana drachmis tribus.

Syrupus de Berberis.

℞. Succi Berberorum depurati libras duas.
Saccari albissimi libram unam semis.
Coque in vase terreo vitreato, in formam syrupi.

Syrupus de Betonica Compositus.

℞. Betonicæ manip. tres.
Majoranæ manip. unum cum dimidio.
Thymi,
Rosar. rubrarum ana manipulum unum.
Violarum,
Stœchados,
Salviæ, ana manipulum dimidium.
Sem. Fœniculi,
Anisi,
Ammeos, ana semunciam.
Rad. Pœoniæ,
Polypodii,

Fœniculi, ana drachmas quinque. Digestione tepida in aquæ fontanæ libris sex, & succi Betonicæ depurati libris duabus semis, 24 horarum spatio priùs peractâ, distillentur in *B. M.* donec educantur aquæ libræ quinque; tum factâ validâ frictum expressione, Colaturæ, cum albumine ovi clarificatæ, incoquantur sacchari albissimi libræ tres semis, ad consistentiam Tabulati: & demum additâ aquâ destillatâ, F. levissim. à ebullitione syrupus.

Syrupus Byzantinus Simplex.

℞. Succi rolior. Endiviæ,
Apii, ana libras duas.
Lupulor.
Bugloss. ana libram unam.

Ferveant simul, & spumâ ablatâ depurentur cum ovi albumine.

Depurato liquori ad libras quatuor, adde sacchari albiss. clarificati lib. duas semis. Lentóqueigne percoquantur in Syrupum in *b. m.*

Syrupus Byzantinus Compositus.

℞. Succorum prædictorum depuratorum, libras quatuor.

His adde

Glycyrrh. recentis mundatæ semunc.
Rosar. rubrarum uncias duas.
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Apii, ana drachmas tres.
Spicæ Nardi drachmas duas.

Maceratione debitâ præmittâ, coquantur

in *B. M.* dein Validè exprimantur ſpeciei, & colaturæ cum album. Ovi clarificatæ libris quatuor, adde aceti vini albi libras duas, ſacchari cryſtallini libras tres ſemis. F. Syrupus in *B. M.* ſ. a.

Syrupus Botryos.

℞. Herbar. Botryos,
Eryſimi,
Urticæ an. manip. duos.
Tuſſilaginis manipul. unum cum dimidio.

Coctione in aquæ font. q. ſ. in *B. M.* peractâ, colaturæ claræ libris duabus, adde ſucci è rapis, demptis corticibus, in aqua fontana, ſemel iterumve mutatâ, ad mollitiem coctis, leniter expreſſi, ac deſidentiâ paulatim factâ à craſſamento liberati, libram unam; ſacchari cryſtallini libras tres. Percoque ulteriùs in *B. M.* in ſyrupum; parandum, quando uſus poſtulaverit.

Syrupus Capillorum Veneris.

℞. Capillor. Veneris uncias quinque.
Glycyrrhizæ, uncias duas.

Macerentur diem naturalem, in aquæ fontanæ tepidæ libris ſex. Dein, poſt levem coctionem in *B. M.* exprimantur; & colaturæ claræ libris quatuor injice Sacchari clarificati libras tres, fiatque Syrupus ſ. a.

Syrupus Cardiacus, vel Julepum Cardiacum.

℞. Vini Rhenani generoſi, libras duas.

Aquæ rosac. uncias duas cum semisse.
Caryophyl. scrupulos duos.
Cinnamomi drachmam mediam.
Zingiberis scrupulos duos.
Infunde horis 24. Dein coque leniter in *B. M.* mox colaturæ claræ adde Sacchari albiss. uncias tres.
Tum F. Julepum, liquando Saccharum in *B. M.* Postea addantur
Ambræ grisi. grana tria,
Moschi granum unum.

Syrupus Infusionis Florum Caryophyllorum.

℞. Florum Caryophyllorum, præcisis unguibus, libram unam.
Totam noctem perfundantur aquæ fontanæ libris duabus:
Dein cum Sacchari albissimi, clarificati & in colatura, ad Balnei calorem, liquati libris quatuor, fiat, absque coctione, Syrupus secundum artem.

Syrupus de Cinnamomo.

℞. Cinnamomi optimi parum triti, uncias tres.
Infunde tridui spatio in ſ. q. aquæ font. calentis. Postea destilla in *B. M.* Accipe hujus aquæ libram unam. Sacchari albissimi clarificati, & cocti ad consistentiam Tabulati, libram dimidiam; & leni igne *F.* Syrupus. In hunc modum, sed cum sola vino albo, parare licet Syrupos

et

℞ Seminibus Anisi.
Fœniculi dulcis.
Caryophyllis aromaticis.
Nucibus Moschatis.
Zingibere, &c.

Syrupus Acetositatis Citriorum.

℞. Succi malorum Citriorum colati, & per subsidentiam depurati libram unam, Sacchari albiss. clarificati & ad consistentiam tabellati cocti, libras duas, fiat una vel altera ebullitione Syrupus. Similiter conficiantur Syrupi

℞ Agrestæ.
Aurantiis.
Berberis.
Cerasis.
Cydoniis.
Limonibus.
Lujula.
Moris.
Oxalide.
Ribes, & ex reliquis succis acidis clarificatis.

Syrupus Corticum Citriorum.

℞. Flavedinis Corticum Citriorum maturorum & recentium uncias quinque.
Granorum Kermes, vel eorum succi advectitii drach. duas.
Aquæ fontanæ libras tres.
Maceratis per noctem, in *M. B.* & colatis adde Sacchari albissimi libras duas & dimidiam; tum coquendo in *B. M.* fiat Syrupus f. a. cujus dimidium carens Moscho a

reliquum, involutis in sindone Moschi granis tribus, aromatizetur.

Syrupus è Corallis Simplex.

℞. Corallii rubicundiss. tenuissimè pulverati uncias quatuor.

Calore Balnei dissolvatur in succi Berberorum depuratiss. libra unâ, in Matracio vitreo subere vel cerâ arctè clauso. Factâ per triduum vel quatriduum ejusmodi digestione, quod solutum fuerit, effundendum est, novusque succus depuratus ut priùs affundendus: de reliquo procedatur etiam ut antè, toties repetendo, donec solutum fuerit corallium, nihilque in eo superfit, quò succus Berberorum acidus ulteriùs imbuatur; ultimò, succi hujus colati libræ uni adde Sacchari libram unam cum dimidia, & in Syrupum leviter decoque in *B. M.*

Syrupus è Coralliis compositus.

℞. Corallii rubicundiss. uncias sex. Subtilissimè pulverato, super Porphyritem, cum pauca aqua rosarum, adde

Succi depurati Limonum, in *B. M.* à phlegmate liberati, uncias sedecim.

Succi depurati Berberorum uncias octo.

Aceti vini albi acerrimi,

Succi limpidiss. Lujulæ, ana uncias sex.

Mista conjiciantur in Phialam vitream, subere & vesicâ bubulâ claudendam, indieque agitandam, donec octo dierum Digestio in Balneo vel fimo equino peracta sit; tum fiat per chartam emporeticam colatu-

latura: de qua cape libram unam cum dimidia.

Succi puriſſ. Cydoniorum ſelibram,
Sacchari roſati uncias duodecim.

Miſce, fiat Syrupus f. a. in Balneo, additiſque Syrupi Florum Vetonicæ rubræ, unciis ſedecim, ſervetur in uſum: omiſſo nodulo ex Ambræ griſeæ ſemidrachmâ, Moſchi orientalis granis quatuor, donec Medicus imperaverit.

Syrupus Cydoniorum.

℞. Succi Cydoniorum defæcati. libras ſex.
Lentè coque ad medias, & ſenſim deſpuma: additiſque
Vini rubri adſtringentis, libris tribus,
Sacchari albi, libris quatuor, per coquantur in ſyrupum, condiendum
Cinnamomi ſeſquidrachmâ,
Caryophyllorum,
Zingiberis, ana ſcrupulis duobus.

Syrupus de Eryſimo.

℞. Eryſimi totius recentis manipulos ſex,
Radic. Helenii
Tuſſilaginis etiamnum ſucco prægnantium,
Glycyrrhizæ, ana uncias duas,
Foliorum Boraginis,
Cichorii,
Capill. Veneris, ana manipulum unum cum dimidio.
Florum Cordialium,
Roriſmarini,
Betonicæ ana ſemimanipulum.

Sem. Anisi unciam dimidiam.
Passularum mundatarum unc. duas.
Macerentur diem integrum in aquæ & hydromelitis, ana libris duabus semis, succi Eryfimi depurati unciis octo. Coque in B. M. & liquoris validè expressi, & clarificati libris quatuor, adde sacchari crystallini libras quatuor semis. F. Syrupus in B. M. s. a.

Syrupus de Fumariæ.

℞. Folior. Endiviæ,
Absinthii vulgaris,
Lupulorum,
Cuscutæ,
Scolopendrii, ana manipulum unum.
Epithymi, unciam unam semis.
Coquantur in B. M. in aquæ font. libris tribus semis.
Succi Fumariæ depurati, sesquilibrâ;
Boraginis,
Buglossi, ana librâ dimidiâ.
Colaturæ claræ libris quatuor, adde sacchari crystallini libras quatuor cum dimidia. F. Syrupus in B. M. s. a.

Syrupus de Glycyrrhiza.

℞. Glycyrrhizæ recentis mundatæ & contusæ uncias duas.
Adianthi albi, sive Polytrychi unciam unam.
Hyssopi semunciam.
His affunde aquæ font. ferventis libras tres; & post viginti quatuor horarum macerationem, in B. M. colaturâ expressâ clarificetur, & cum Mel-

Mellis optimi,
Saccari puriſſ. ana unciis decem, coque Balnei calore in ſyrupum ſ. a.

Syrupus Granatorum.

℞. Sacchari albi libram unam cum dimidia.
Succi Malorum Granatorum defecati lib. unam.
F. Syrupus in B. M.

Syrupus de Hyſſopo.

℞. Rad. Apii,
Petroſelini,
Fœniculi.
Glycyrrhizæ, inciſarum, ana drachmas decem.
Jujubarum,
Sebeſten, ana paria quindecim:
Paſſularum mundatarum ſeſquiuncian;
Ficus,
Dactylos pingues ana No. decem.
Sem. Malvæ,
Cydoniorum.
Gumm. Tragacanthæ, linteo raro incluſorum, ana drachmas tres.
Hyſſopi mediocriter ſicci drachmas decem.
Capillorum Veneris drachmas ſex.
Præparata omnia macerentur 24. horas in aquæ hordei libris octo, tum coque in B. M. factáque valida expreſſione, colaturæ claræ adde ſacchari cryſtallini libras ſex cum ſemiſſe. F. Syrupus in B. M. l. a.

Syrupus Iuæ Arthriticæ,
Sive *Chamæpityos.*

℞. Herb. Chamæpityos manipulos duos.
Majoranæ,
Salviæ,
Roriſmarini,
Polii montani,
Origani,
Calaminthæ,
Mentaſtri,
Pulegii,
Hyſſopi,
Thymi,
Rutæ ſativæ & ſylveſtris,
Betonicæ,
Serpylli, ana manipulum unum.
Rad. Acori,
Ariſtolochiæ { Longæ, Rotundæ,
Bryoniæ,
Dictamni albi,
Gentianæ,
Peucedani,
Phu, ana ſemunciam.
Apii,
Aſparagi,
Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci, ana unciam unam.
Pyrethri ſemunciam.
Stœchados,
Sem. Aniſi,

Am-

Ammeos,
Carui,
Fœniculi,
Liguſtici,
Seleleos, ana drachmas tres.

Uvarum paſſarum exacinat. uncias duas. Prævia digeſtione 24 horarum ſpatio in aquæ font. tepidæ libris decem peractâ, deſtilleutur in *B. M.* donec aquæ libræ quinque eductæ fuerint. Tum tactâ validè fœcum expreſſione, colaturæ claræ. q. ſ. coquatur cum mellis optimi, & ſaccharî candidi, ana libris duabus, ad Tabulati conſiſtentiam; additâque aquâ priùs deſtillatâ conficiatur ſyrupus in *B. M.* aromatizandus.

Ol. Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ, ana ſemiſcrupulo.

Syrupus Jujubinus.

℞. Jujubas No. ſexaginta.
Flor. Violarum drachmas quinque.
Fol. Capillor. Veneris.
Glycyrrhizæ raſæ & tuſæ,
Hordei excorticati, ana unciam unam.
Sem. Malvæ drachmas quinque.
Papaveris albi,
Melonum,
Lactucæ,
Cydoniorum,
Gum. Tragacanth. } in nodulo ſeorſim.
ana drachm. tres.

Coquantur in aquæ fontanæ libris ſex ad dimidias.

Co-

Colaturæ clarificatæ adde
Sacchari albi libras duas.
Fiat Syrupus.

Syrupus de Meconio,
Sive *Diacodium.*

℞. Capitum Papaveris albi cum sem. paulo post lapsos flores collectorum, & domi per triduum seperatim servatorum uncias octo.
Capitum cum seminibus Papaveris nigri (iisdem observatis) uncias sex.
Aquæ fontan. libras octo.
Macerentur viginti quatuor horas. Dein calefiant, levitérque exprimatur succus: tum coque ad libras tres, & cum Sacchari unciis quatuor supra viginti, fiat Syrupus secundum artem.

Syrupus De Papavere Magis Compositus.

℞. Capitum cum seminibus Papaveris albi & Nigri, ana uncias sex.
Capillorum Veneris drachmas quindecim.
Jujubas No. triginta.
Sem. lactucæ uncias quinque.
Malvæ & Cydoniorum in linteo raro ligatorum, ana sesquidrachmam:
Glycyrrhizæ drachmas quinque.
Aquæ limpidæ libras octo.
Coque s. a. & Colaturæ libris tribus injice.
Sacchari clarificati libras duas.
Fiat Syrupus s. a.

Sy-

Syrupus melissophylli.

℞. Corticum radicum Buglossi unciam unam.
Rad. Dictamni albi,
Pentaphylli,
Scorzoneræ ana, semuncias.
Fol. Melissophylli,
Scabiosæ,
Succisæ,
Florum Buglossi utriusque,
Rorismarini, ana manipulum unum.
Sem. Oxalidis,
Citrii Mali,
Fœniculi,
Cardui benedicti,
Ocimi. ana drachmas tres.

His diem integrum macerandis affunde aquæ fontanæ tepentis libras quatuor. Coque in *B. M.* dein liquoris valide expressi & clarificati libris tribus semis, adde succi melissæ depurati, Aquæ rosarum rubrarum, ana libram dimidiam, Sacchari crystallini libras quatuor. F. Syrupus in *B. M.*

Syrupus de Menthâ.

℞. Succi Cydoniorum dulcium & acidodulcium,
Succi granatorum dulcium & acidorum, ana sesquilibram.
Menth. siccæ selibram.
Rosarum rubrarum uncias duas.

Misceri macerarique patere in sequentem diem: tum coque in *B. M.* ad mellas, & co-

cola ; Saccharoque injecto ad libras quatuor, fiat Syrupus secundùm artem ; non aromatizandus, nisi Medicus imperaverit.

Syrupus de Mucilaginibus.

℞. Sem Althææ,
Malvarum,
Cydoniorum. ana unciam unam,
Gummi Tragacanthæ, in nodulo inclusi, drachmas tres.
Horum perfusioni sex horæ concedantur in decocto tepido
Malvarum,
Sem. Papav. albi, &
Granorum Alkekengi.
Tum exprimatur Mucilago ad sesquunciam, ex quâ cum decocti prædicti unciis tribus, saccari albissimi unc. duabus, fiat Syrupus secundùm artem.

Syrupus Myrtinus.

℞. Baccarum Myrti, uncias duas cum semisse.
Santali albi & rubri,
Sumach,
Balaustiorum,
Baccarum Oxyacanthæ,
Rosar. rubrarum, ana sequiunciam :
Mespilorum concisorum libram dimidiam.
Contunde, & coque in aquæ claræ libris octo ad quatuor :
Has cola, & adauge
Succi Cydoniorum,
Granatorum acidorum, ana unc. sex.
In-

Injecto demum ſaccharo ad libras quatuor, percoque in ſyrupum, addendo ſub finem ſuccos.

Syrupus Florum Nymphææ Simplex.

℞. Partium albiſſimarum florum Nymphææ albæ, libram unam,

Sex ſeptémve horis marceſcant in aquæ calidæ libris tribus; dein bulliant paruni, & exprimendo colentur. Abjecto magmate, idem denuò injice florum recentium pondo; itemque tertio, cum pari macerationе, & expreſſione. Colatura noviſſima clarificetur; eique ſacchari tantundem addendo, fiat ſyrupis in *M. B.* ſ. a.

Syrupus Fl. Nymphææ Compoſitus.

℞. Florum albiſſimor. Nymphææ recentium libram dimidiam.

Violarum uncias duas.

Folior. Lactucæ manip. duos.

Sem. Lactucæ,

Portulacæ,

Cucurbitæ, ana ſemunciam.

Coquantur in aquæ puræ libris quatuor, ad unius abſumptionem.

Expreſſo adde

Aquæ roſar. rubrar. libram mediam.

Sacchari albi cocti & clarificati libras quatuor.

F. Syrupus in *B. M.*

Syrupus de Papavere Erratico,

Sive *Rubro.*

℞. Florum recentium Papaveris erratici libras duas.

Hii

in affunde aquæ fontanæ calentis libras quatuor.

Postridie exprimantur, factaque nova florum recent. infusione; fiat colatura clara, coquenda in *B. M.* in Syrupum cum Sacchari, ad colaturam, pondere æquali.

Syrupus de Pilosella.

℞. Pilosellæ manipulos tres.
Rad. Alchimillæ unc. unam & dimidiam.
Consolidæ majoris,
Rubiæ,
Dictamni albi,
Tormentillæ,
Bistortæ, ana unciam unam.
Herb. Pyrolæ,
Caudæ equinæ,
Hederæ terrestris,
Plantaginis,
Ophioglossi,
Fragariæ,
Hypericonis cum floribus,
Virgæ aureæ,
Agrimoniæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Caryophyllatæ,
Quinquefolii majoris,
Caulium rubrorum,
Balaustiorum,
Rosar. rubrarum, ana manipulum unum.
Coque in aquæ plantaginis libris sex paulatim ad medias.
Deinde fiat cum forti expressione colatura, cui clarificatæ per subsidentiam adde

Mu-

Mucilaginis Gumm. Tragacanthæ.
Sem. Psyllii,
Althææ,
Cydoniorum, seorsim in aqua fragariæ, & Betonicæ, extractæ, ana unc. tres.
Sacchari albissimi libras duas.
Simul coque ad melleam consistentiam.

Syrupus Infusionis Florum Pæoniæ.

Omnimodè paretur ut Syrupus infusionis florum Caryophyllorum.

Syrupus de Pæonia compositus.

℞ Radicis recentis utriusque Pæoniæ plenilunio extractæ, & post dissectionem in taleolas, in vino albo odorifero, spatio integri diei, infusæ, ana unciam unam & dimidiam.
Contrayervæ semunciam.
Sileris montani drachmas sex.
Ungulæ Alcis unciam unam.
Herb. Rorismarini cum floribus manip. pulum unum.
Betonicæ,
Hyssopi,
Origani,
Ivæ arthriticæ,
Rutæ, ana drachmas tres:
Ligni Aloes,
Caryophyl. aromaticorum,
Sem. Cardamomi min. ana drach. duas.
Zingiberis,
Spicæ Nardi, ana drachmam unam:
Stœchados,

Nu-

Nucis Moschatæ ana drachmas duas cum semisse.

Post unius diei tepidam digestionem, in aquæ distillatæ radicum pæoniæ libris sex coque in *B. M.* ad libras quatuor.

In colaturam, mediante Manicâ factam injice sacchari albissimi libras quatuor cum dimidia, & percoque in Syrupum, in B. M.

Syrupus de Pomis alterans.

℞. Succi Malorum odoriferorum libras quatuor,

Fol. Buglossi domestici & sylvestris,

Flor. Violarum, ana lib.

Coque in B. M. & depura; additisque sacchari puriss. libris septem, Aquæ rosarum librâ unâ, recoque in syrupum secundùm Artem.

Syrupus de Prasio.

℞. Fol. Prasii albi recentis uncias duas,

Rad. Glycyrrhizæ,

Polypodii quercini,

Apii,

Fœniculi, ana semunciam.

Fol. Adianthi albi,

Origani,

Hyssopi,

Calaminthæ,

Thymi,

Scabiosæ,

Saturejæ,

Tussilaginis, ana drachmas sex.

Sem.

Sem. Anisi,
Cydonior. in nodulo includ. ana drachmas tres.
Uvarum passarum exacinatarum uncias duas,
Caricas pingues No. decem.

Digestione diem integrum in Hydromelitis diluti calentis libris octo peractâ, coque in B. M. factaque validâ expressione, colaturæ claræ libris quinque addantur

Mellis despumati, &
Sacchari albi clarific. ana libræ duas.

F. Syrupus in B. M. condiendus.

Rad. Iridis Florentinæ unciâ unâ.

Syrupus de Quinque Radicibus.

℞. Radic. Ruscі,
Fœniculi,
Asparagi,
Petroselini,
Apii, ana uncias duas.
Aquæ fontanæ libras sex.

Digerantur calidè, dein bulliant in B. M. Liquoris validè expressi, & clarificati libris quatuor adde Aceti uncias octo, Sacchari albiss. libras quinque cum dimidia, conficiatur Syrupus in B. M. s. a.

Syrupus Raphani Compositus.

℞. Rad. Raphani domestici.
Sylvestris ana unciam unam.
Saxifragæ albæ,
Ruscі,
Levistici,
Eryngii,

Ononidis
Petroselini,
Fœniculi, ana semunciam.
Fol. Betonicæ,
Pimpinellæ saxifragæ,
Pulegii,
Cymarum urticæ urentis,
Nasturtii aquatici,
Crithmi,
Callitrichi, sive Capill.
Veneris, ana manip. unum.
Fructum Halicacabi,
Jujubarum, ana paria decem,
Sem. Ocimi,
Bardanæ majoris,
Petroselini Macedonici,
Seseleos,
Carui,
Dauci Cretici,
Lithospermi,
Cort. rad. Capparis, ana drachmas duas.
Uvarum passarum, demptis vinaceis,
Glycyrrhizæ, ana drachmas sex.

Macerentur diem integrum in aquæ font. calentis libris decem; tum destillentur in B. M. educendo aquæ libras sex; quibus immergantur, Cinnamomi uncia una, nucis Moschatæ uncia dimidia. Dein magma valide exprimatur, & colaturæ claræ, q. s. adjiciantur Sacchari candidi libræ quatuor mellis opt. libræ duæ. Ad tabulati consistentiam coquantur; demum addendo aquam priùs destillatam, F, Syrupus in B. M. s. a.

Sy-

Syrupus Regius, alias, Julapium Alexandrinum.

℞. Aquæ Rosarum rubrarum libras quatuor.
Sacchari albissimi libram unam.
Fiat ex Arte Julapium.

Syrupus de Rosis Siccis.

℞. Aquæ fontanæ libras quatuor:
Ferveſcat, partitimque in eadem macerent
Flor. Rosarum rubrarum in Sole celeriter ſiccatorum libram dimidiam.
Poſtero die fiat expreſſio; admiſcque
Sacchari libris duabus,
Fiat coctio in ſyrupum ſ. a.

Julepum Rosatum.

Paratur prorsus ut Syrupus Regius, ex aqua Rosarum pallidarum.

Syrupus Scabiosæ.

℞. Rad. Enulæ campanæ,
Polipodii quercini, ana uncias duas;
Paſſularum majorum enucleatarum unciam unam.
Sebeſten No. viginti.
Fol. Tuſſilaginis,
Pulmonariæ,
Satureiæ,
Calaminthæ, ana ſeſquimanipulum.
Glycyrrhizæ mundatæ ſemunciam.
Tabaci Hiſpanici optimi,
Sem. Urticæ urentis, ana drachmas tres.
Coquantur omnia in B. M. (Radicibus duabus primis vino albo pridie infuſis) in

q. C.

q. ſ. aquæ mulſæ dilutæ; dein libris quatuor valide expreſſis, & clarificatis adde
Succi Scabioſæ depurati, uncias quatuor
Semis.
Sacchari albiſſ. libras quinque.
Fiat ſyrupus ſ. a. in B. M. alterandus
Spir. Sulphuris per Campanam guttis viginti.

Syrupus de Scolopendrio.

℞ Fol. Scolopendrii manipulos tres.
Rad. Polypodii è Quercu,
Utriuſque Bugloſſi,
Cort. Rad. Capparum,
Tamariſci, ana uncias duas.
Lupuli ſalictarii,
Cuſcutæ,
Capill. Veneris,
Meliſſophylli, ana manipulos duos.
Aquæ fontanæ libras novem.
Macerentur & coquantur in B. M. liquoriſque expreſſi ac colati libris quinque, adde
Sacchari albi libras quinque ſemis.
Fiat ſyrupus in B. M. ſecundum Artem.

Syrupus de Stœchade.

℞. Florum Stœchados, uncias quatuor;
Roriſmarini, ſemunciam.
Herb. Thymi,
Calaminthæ,
Origani, ana ſeſquunciam.
Salviæ,
Betonicæ, ana ſemunciam.
Sem. Rutæ,

Pœoniæ,
Fœniculi, ana drachmas tres.

Facta unius vel alterius diei digestione, coquantur in B. M. cum aquæ font. tepidæ q. s. Exprimantur, & colaturæ clarę libris quinque addantur sacchari albiss. libras quinque cum dimidia.

Fiat ex arte syrupus in B. M. cui condiendo addantur guttulæ aliquot olei Cinnamomi.

Syrupus de Symphyto.

℞. Rad. & Cymarum.
Symphyti majoris,
minoris, ana manipulos tres.
Flor. Rosarum rubrarum,
Fol. Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabiosæ,
Tussilaginis, ana manipulos duos.

E tusis omnibus recentibus exprimatur succus; cui (inter coquendum despumato, & postea colato) sacchari tantundem addendum est, ut fiat syrupus secundum Artem.

Syrupus Violarum.

℞. Florum Violarum recentium mundat. libram unam.

Aquæ puræ ferventis libras duas semis. Arctè claude in Olla invitrea ta nova, per integrum diem: dein exprime per prelum;

lum; in expressi libris duabus dissolve, ad Balnei calorem,

Sacchari puriss. lib. quatuor.

Spuma emergens auferatur, fiatque, fine coctione, syrupus s. a.

Syrupus è Succo Violarum.

Paratur ex succo expresso, cum duplo, minimùm sacchari, ut prior, in Balneo, absque coctione.

Julepum Violarum.

Fit ex aqua Florum Violarum & saccharo; servatâ, ut in Julepo Rosarum, proportione.

SYRUPI PURGANTES.

Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro.

℞. Hordei integri,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Asparagi, ana uncias duas.
Herb. Cichorii,
Taraxici,
Endiviæ,
Cicorbitæ, sive Sopchi lævis, ana manipulos duos.
Lactucæ domesticæ,
Hepaticæ,
Fumariæ,

Sum-

Summitatum Lupuli, an. manipulum unum.
Capil. Veneris,
Adianthi albi, seu Rutæ murariæ,
Ceterach, seu asplenii,
Glycyrrhizæ,
Sem. Alkekengi,
Cuscutæ, ana drachmas sex.

His coquendis sume aquæ fontanæ libras duodecim, quatuórque insume.

Incolato liquore dilue, & coque Sacchari albi libr. sex: additis, sub finem, Rhabarbari unciis sex.

Spicæ Nardi drachmis sex, unà ligatis in laxo tenuique sacculo, qui primùm macerandus est in calente decocto; & sæpius exprimendus, ut fiat Syrupus secundùm Artem.

Syrupus de Epithymo.

℞. Epithymi drachmas viginti.

Myrobalanorum { Citrinarum, Indarum, an. drachmas quindecim. Emblicarum, Belliricarum,

Rad. Polipodii,
Glycyrrhizæ,
Agarici,
Herb. Thymi,
Calaminthæ,
Bugloſſi,
Stœchados, ana drachmas sex.
Cuscutæ,

Fumariæ, ana drachmas decem.
Rosarum rubrarum,
Sem. Fœniculi dulcis,
Anisi, ana drachmas duas cum semisse.
Prunorum dulcium paria decem.
Uvarum passarum, demptis vinaceis, uncias quatuor.
Tamarindorum, uncias duas cum dimidia.

Post viginti quatuor horarum maceratio-nem in aquæ fontanæ libris decem, fiat decoctio ad sex.

Dein remotis ab igne, & expressis, adde
Sacchari puri libras quinque, &
Fiat Syrupus s. a.

Syrupus è Floribus Persicorum.

℞. Florum Persicorum recentium libram unam.

Macerentur, toto die, in aquæ tepidæ libris tribus: deinde exprimantur. Iteretur hoc quinquies in eodem liquore.

Cujus postremùm colati libris tribus admisce
Sacchari optimi libras duas semis, & percoque in Syrupum in B. M. s. a.

Syrupus de Pomis Purgans.

℞ Succi Pomorum fragrantium libr. duas.
Boraginis,
Buglossi, ana libram unam semis.
Foliorum Senæ mundat. uncias duas.
Sem. Anisi semunciam.
Croci drachmam unam.

Sena & Anisum macerentur in succis de-pu-

puratis; elapſiſque viginti quatuor horis, fiat, poſt unam atque alteram ebullitionem, colatura, Huic adde

Sacchari albi libras duas, & (Nodulo ex præſcripto Croco ſæpius inter coquendum expreſſo) fiat Syrupus ſecundùm Artem.

Syrupus de Pomis Magiſtralis.

℞. Succi & Aquæ Pomorum odoriferorum, ana libram unam & ſemis.

Succi & Aquæ Boraginis, & Bugloſſi, ana uncias novem.

Foliorum Senæ orientalis mundatæ ſemilibram.

Sem. Anifi,

Fœniculi dulcis, ana drachmas tres.

Epithymi Cretenſis, uncias duas.

Agarici albiſſimi,

Rhabarb. opt. ana ſemunciam.

Zingiberis,

Macis, ana ſcrupulos quatuor.

Cinnamomi ſcrupulos duos.

Croci ſemidrachmam.

Rhabarbarum cum Cinnamomo ſeorſum perfunde

Vini albi,

Succi Pomorum, ana unciis duabus.

Reliquis, præter Crocum, in ſuprà memoratis aquis, ut decet, maceratis, poſtrilie affunde ſuccos: hiſque ſimul lento igne deſpumatis, colatiſque per manicam injice Sacchari albi libras quatuor.

Tunc coque in Syrupum: factâ ſubin-

de Croci in panno lineo ligati expressione; additóque tandem Rhei infuso, & subsequente levi ebullitione; ut Syrupi modus conservetur.

Syrupus de Rhabarbaro.

℞. Rhabarbari optimi,
Folior. Senæ, ana uncias duas semis.
Florum violarum, manipulum unum.
Cinnamomi, sesquidrachmam.
Zingiberis, semidrachmam,
Aquarum Betonicæ,
Cichorii,
Buglossi, ana sequilibram.

Tepidè misceantur totâ nocte. Colatura matutina decoquatur in Syrupum, cum Sacchari puri libris duabus.

Syrupi Rosacei solutivi, postremum addendi, unciis quatuor.

Syrupus Rosaceus Solutivus.

℞. Aquæ fontanæ ferventis libras quatuor.
Fol. Rosarum Damascenarum recentium, quanti facilè capax est prædicta aqua.

Fiat, per horas duodecim, clauso vase, perfusio; mox fortis expressio: in hac denuo calefactâ, nova & æqualis recentium Rosarum maceratio.

Iteretur ter quaterve; auctâ semper quantitate Rosarum recentium ad illam liquoris expressi, qui singulis vicibus ferè tertiâ parte augeatur. Quo peracto; ex hujus liquoris partibus sex,
Sacchari albi partibus quatuor,

Fiat Syrupus in *B. M.* fa-

Sy-

Syrupus è Succo Rosarum.

Paratur sine maceratione, è succo solo expresso foliorum Rosarum Damascenarum, habitâ sacchari ad succum (qui depurandus est) pari, ut suprà, proportione.

Syrupus Rosaceus Solutivus cum Agarico.

℞. Agarici in partes tenues dissecti unciam unam.
Zingiberis concisi, drachmas duas.
Salis Gemmæ, drachmam unam.
Polypodii crassiusculè contusi uncias duas.

Irrorata vino albo, perfundantur biduo, super cineres calidos, infusionis Rosarum Damascenarum præscriptæ, librâ unâ semis.

Expresso adde
Sacchari libram unam,
Coque in Syrupum s. a.

Syrupus Rosaceus Solutivus cum Elleboro.

℞. Corticum Mirobalanorum omnium ana uncias quatuor.
Epithymi,
Rad. Polypodii, ana uncias sex.
Glycyrrhizæ uncias quatuor
Sem. Citri uncias duas.
Caryophylorum unciam.

Incisa & crassiusculè contusa immittantur in cucurbitam vitream, iisque affundantur Infusionis rosarum jam dictæ, libræ duo-

decim. Digerantur horas 24. Tum F. Deſtillatio, donec tres circiter libræ remanſerint. Reſiduus liquor cum ſpeciebus validè exprimatur, & cum albumine ovi clarificetur. Dein

℞. Fol. Senæ uncias ſex.
Rad. Ellebori nigri, drachmas ſex.
Rhabarbari opt. uncias duas.

Præparata binâ vel trinâ infuſione, coctione & expreſſione, extrahantur cum prædictâ aquâ ſtillatitiâ, & clarificata, cum ſuperiore colatura aſſervata, additiſque ſacchari candidi clarificati libris quinque, F. Syrupus in *B. M.* f. a.

Syrupus Roſaceus ſolutivus cum Sena

℞. Fol. Senæ mundator. uncias ſex.
Sem. Carui,
Fœniculi dulcis, ana drachmas tres.
Conſperſa priùs vino albo, macerentur, per biduum, in Infuſionis ſæpius dictæ Roſar. Damaſcen. libris tribus.

Cola dein, & coque cum Sacchari albi libris duabus in Syrupum.

Syrupus de Spina Cervina.

℞. Succi baccarum maturarum & recentium Spinæ Cervinæ, menſe Septembri Collectarum, libras duas. Depuretur per ſubſidentiam; tum adde
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas tres.
Macerentur in *B. M.* diei ſpatio, dein F. Expreſſio valida; addendoque Sacchari albi ſeſquilibram F. Syrupus in *B. M.* f. a.

ME-

MELITA & OXYMELITA

Mel Anthosatum.

℞. Florum Rorismarini recentium libram unam.

Mellis exspumati in Balneo, libras tres. Mixta in Olla vitrea vel invitreata, oris non valdè patuli, insolentur & serventur ad usum.

Mel Elleboratum.

℞. Radic. Ellebori albi siccarum & concisarum, libram unam.

Aquæ limpidissimæ libr. quatuordec. Post infusionem triduanam, coque paulatim ad medias; factáque diligenti expressione, recoque in Melleam consistentiam, cum Mellis albissimi libris tribus.

Mel Mercuriale.

℞. Succi Mercurialis libras tres.

Mellis libras duas,

Depurentur & Coquantur ad Mellis consistentiam.

Mel Mororum, vel *Diamorum.*

℞. Succi Mororum Arboris & Fruticis, ante maturitatem & Solis ortum collectorum & per subsidentiam depuratorum, ana sesquilibram.

Mellis colati & despumati libras duas. Incalescant in *B. M.* ad debitam consistentiam.

Mel Nuceum, alias *Diacaryum* & *Dianucum.*

℞. Succi externi Corticis Juglandium viri-

ridium, expressi & depurati, libr. duas. Coctione lentâ inspissetur; &, immixtâ Mellis libiâ urâ, percoquantur simul in Melleam consistentiam.

Mel Passulatum.

℞. Uvarum passarum ab acinis purgatarum, & in mortario marmoreo contusarum, libras duas.

Perfunde aquæ calentis libris sex: sequente die coque in B. M. ad medias, & fortiter exprime. Expressum, cum Mellis sesquilibra ebullire finito in Mellis consistentiam.

Mel Rosatum commune, sive *Foliatum.*

℞. Rosarum rubrarum nondum penitùs apertarum libras duas.

Mellis optimi libras sex.

Insolentur secundùm Artem.

Mel Rosarum Colatum.

℞. Mellis optimi in Balneo despumati, libras decem.

Succi Rosarum rubrarum recentium, libram unam.

Igni commodè impositis, & bullire incipientibus injice

Rosarum rubrarum recentium (forfice, vel cultro præcisis unguibus) libras quatuor.

Succos demum, bulliendo & agitando, absumpto, fiat colatura, quæ servanda est usui.

Mel

Mel Rosatum Solutivum.

℞. Infusionis multiplicis Rosarum Damascenarum libras quinque.
Mellis ritè despumari, libras quatuor.
Coquantur in spissitudinem melleam.
Simili modo parandum venit Mel Rosatum ex infusionibus Rosarum Rubrarum.

Mel Scilliticum.

℞. Scillam adultam & succi plenam No. unam.
Tota frustatim comminuatur, & in vase vitreo, ore arctè clauso, & pelle obducto, quadraginta dies, liberè exponatur Solis radiis; ante scilicet & post exortum canis, viginti. Tum demum vas aperiatur, succumque in fundo collectum curâ optimo melle condiendum.

Mel Violaceum.

Paratur omnino ut Mel Rosatum.

Oxymel Simplex.

℞. Mellis optimi libras duas.
Aquæ limpidissimæ libras tres semis.
Aceti vini albi libram unam.
Coquantur Mel & Aqua in vase fictili vitreato, spumâ jugiter cochleari ligneo foraminulento ablatâ, deinde adjiciatur paulatim acetum, & coquantur leni foco ad Syrupi liquidioris consistentiam.

Oxymel Compositum.

℞. Rad. Fœniculi,
Apii,
Petroselini,

Ruſci,
Aſparagi, ana uncias duas.
Sem. Apii,
Petroſelini,
Fœniculi,
Aniſi, ana unciam unam.

Macerentur omnia (mundatis priùs & incisis radicibus, contuſiſque ſeminibus) in aquæ clarę libris decem, aceti vini ſeſquilibrâ. Poſtridie coquantur in *B. M.* ad tertiæ partis exhalationem. Colato reliquo & clarefacto admiſce Mellis libras tres, atque leni coctură, & deſpumatione aſſiduâ, Syrupus liquidior, ſ. a.

Oxymel Elleboratum.

℞. Fol. Rutæ,
Thymi capitati,
Dictamni Cretici,
Comarum Hyſſopi,
Pulegii,
Marrubii,
Cardui benedicti,
Radicularum Nardi Celticę, ſine foliis,
Corticum Sambuci interiorum, ana manipulum unum.
Calaminthę montanæ pugill. duos.
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Ocimi,
Urticæ Romanæ,
Anethi, ana drachmas duas.
Rad. Angelicæ,

Ari,

Ari,
Scillæ præparatæ,
Aristolochiæ { Longæ, Rotundæ, Clematitidis, seu Sarmentitiæ,
Turpeti,
Iridis nostratis,
Costi veri,
Polypodii,
Corticum Limonum, ana unciam unam.
Ellebori nigri fibrarum integrarum,
Esulæ,
Agarici, sub finem decoctionis injiciendi, ana drachmas duas.
Fibrarum integrarum Rad. Ellebori albi, unciam dimid.
Siccata & tusa omnia digerantur in vitreo vel invitreato vase obturato, ad Solis Fornacisve calorem, in
Poscæ (ex aqua & Aceto æqualibus) libris octo,
Sapæ unciis duabus.
Exacto demùm triduo, elixentur paulò citra dimidium; molliterque exprimendo colentur.
Colato liquori adde
Mellis Rosacei (infusione Corticum Citrii ad duas uncias, imbuti) sesquilibram.
Decoquantur in melleam spissitudinem; &
Caryophyllorum,
Croci,

Zin-

Zingiberis,
Galangæ,
Macis, ana drachm. unâ, condiantur, f. a.

Oxymel Julianizans.

℞. Corticum rad. Capparum,
Radicum Ireos,
Fœniculi,
Petroselini,
Ruscì,
Cichorij,
Asparagi,
Cyperi, ana unciam dimidiam.
Herb. Scolopendrii,
Schœnanthi,
Tamaricis, an. manipulum medium.
Sem. Fœniculi dulcis unciam dimidiam.
Perfundantur, ut suprà, Posteæ paulò acidioris libris tribus.
Posteà coque ad medias.
Ex colatura, cum
Mellis, &
Sacchari despumati, ana libra dimidia, fiat f. a. Syrupus melleæ consistentiæ.

Oxymel Scilliticum Simplex.

℞. Mellis despumati libras tres.
Aceti Scillitici libras duas.
Coquantur f. a.

Oxymel Scilliticum Compositum.

℞. Origani,
Hyssopi,
Thymi,
Ligustici,
Calamenthi montani,

Stœ-

Stœchadis, ana drachmas quinque.
Coque in tribus aquæ libris ad unam.
Colaturæ admisce
Mellis libras duas,
Mellis passulati libram dimidiam.
Succi Bryoniæ uncias quinque.
Aceti Scillitici sesquilibram.
Percoque despumando s. a.

ROB, sive SAPÆ & SUCCI.

Rob, sive Sapa Simplex.

℞. Vini recenter ex Uvis albis generosis & maturis expressi q. v.
Tantisper coquatur lento igne, donec pars una tantùm de tribus superfit; vel mellis instar crassescat.

Rob de Berberis.

℞. Succi Berberorum colati, libram unam.
Sacchari albissimi selibram: cum leni Balnei calore coquantur ad debitam spissitudinem.

Rob de Cerasis.

℞. Succi Cerasorum rubrorum subacidorum q. v.
Sacchari depurati medium pondus.
Coque lento igne, ut supra, s. a.

Rob. de Cornis.

℞. Cornorum libram.
Aquæ font. q. s.
Macerentur, trajiciaturque pulpa per se-

ta-

taceum factáque superfluæ humiditatis evaporatione, additaque sacchari albiss. selibra, coque ad consistentiam debitam.

Rob Cydoniorum.

℞. Succi Cydoniorum depurati q. v.
Lentè cocto ad tertiæ partis absumptionem, adde
Sacchari albissimi dimidium & repetitâ leni coctură, fiat Rob secundum artem,

Miva, vel Gelatina Eorundem.

℞. Succi Cydoniorum depurati, libras duodecim.
Coctură evane scat dimidium:
Affunde reliquo
Vini albi veteris, libras quinque; &, ad mitem ignem, demptâ (ut oportet) spumâ, absumatur pars tertia. Quod supereſt subsidat, & colatur; auctumque Sacchari libris tribus, coquatur s. a.

Rob Prunorum Acidorum.

Paratur ut Rob Cydoniorum, & in utroque Sacchari usus est indifferens.

Rob de Ribes.

Paratur, ut Rob de Berberis, ex succo benè depurato; adeóque priùs calefieri debet, quàm subsidere.

Rob Baccarum Sambuci.

℞. Succi baccarum Sambuci q. v.
Inspissetur sensim igne modico, vel per se,

ſe, vel Sacchari additâ quartâ parte. Eodem modo parantur ROB Ebullinum, Juniperinum, & Veronicæ; niſi quòd, in hoc poſtremo, Sacchari & Succi tantundem expetatur.

Succus Glycyrrhizæ Simplex.

℞. Radicum Glycyrrhizæ optimæ q. v. Mundatas, leviterque contuſas, toto triduo in aqua fontana macera; eâ ſcilicet copiâ, ut tres circiter digitos ſuperemineat. Tum demùm fervefiant parùm, & exprimendo colentur; quódque expreſſum eſt, mitiori igne, in debitam Succi formam condenſetur ſ. a.

Succus Glycyrrhizæ compoſitus.

℞. Glycyrrhizæ mundatæ, & contuſæ libram; decocti Violarum, Scabioſæ, Paſſularum, libras quatuor. Infunde triduum, dein bulliant ad dimidias. Colatura iterum ebulliat in *B. M.* ad conſiſtentiam Syrupi; cui addantur Sacchari cryſtallini unciæ ſex, gummi Tragacanthæ unciæ duæ, olei Aniſi chym. guttulæ aliquot: & ſemota ab igne agitentur aliquantiſper, ut probè commiſceantur.

Succus Prunorum Sylveſtrium, alias *Acaciæ Germanicæ.*

℞. Prunorum ſylveſtrium vixdum maturorum q. v.
Exprimatur Succus, & in Balneo ſ. a. inſpiſſetur.

Sic

Sic porrò fiunt ſucci inſpiſſati

ex { Abſinthio,
Eupatorio,
Fumaria, &c. contuſis, ſc. & expreſſis herbis etiamnum tenellis; quorum Succus ad ebullitionem uſque ferveſcere ſinendus eſt in *B. M.* &, poſt colaturam, ibidem in juſtam ſpiſſitudinem paulatim evaporare.

LOHOCH, ſive *ECLEGMATA.*

Lohoch de Caulibus.

℞. Succi Caulium rubeorum, libram unam.
Croci, drachmas duas.
Sacchari albi,
Mellis opt. ana libram dimidiam.

Dilue Crocum cum ſucci particulâ; reliquumque ſuccum coque cum Saccharo & Melle, (addendo ſub finem Crocum dilutum) ad debitam conſiſtentiam, ut F. Lohoch ſ. a.

Lohoch de Farfara.

℞. Radic. Tuſſilag. mundat. uncias octo.
Althææ mundat. uncias quatuor.

Coque in aquæ font. q. ſ. pulpamque cribro ſetaceo exprime.

Hanc iterum diſſolve in ipſo decocto; & tantiſper, dum bis terve ebulliant, igni admoveto.

Mox, ablatis à foco, adde

Sac-

Sacchari albiſſ. libras duas,
Mellis paſſulati uncias quatuordecim.
Succi Glycyrrh. drachmas duas cum dimidia,
Agitentùr ſimul validè piſtillo ligneo, & inſpergantur interim
Croci,
Caryophyllor. ana ſcrupulus unus.
Cinnamomi,
Macis, ana ſcrupuli duo.
Fiat Lohoch ſ. a.

Lohoch de Papavere.

℞. Sem. Papav. albi drachmas viginti quinque.
Amygd. dulc. exortic. ex aqua Roſar. rubr. unciam unam.
Nucleorum Pini mundat.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana drachmas ſex.
Succi Glycyrrhizæ, unciam unam.
Amyli drachmas duas.
Sem. Portulacæ,
Lactucæ, ana ſemunciam.
Cydoniorum, drachmas duas.
Croci, drachmam unam.
Sacchari albi canti, uncias quatuor.
Syr. è papavere compoſiti, libras tres.
Gummi macerentur in quadruplo colaturæ Syrupi de Pap. compoſiti, donec prorſus molleſcant, dein per cribrum ſetaceum tranſmittantur. Amygdalæ, Nuces Pineæ, & Sem. pap. in mortario marmoreo bene contuſa, immiſceantur Syrupo, Saccharo,

&

& ſucco Glycyr. & cum gummi emollitis diu in mortario agitentur. Demum adjiciantur ſemina Portulacæ, Lactucæ, & Cydoniorum excorticatorum; atque etiam Amylum, & Crocus pulverat. & per ſetaceum diligenter tranſmiſſa, redigantur in formam Lohoch ſ. a.

Lohoch è Paſſulis.

℞. Radic. Pæoniæ maris,
Glycyrrhizæ, ana unciam dimidiam.
Fol. Hyſſopi,
Meliſſæ,
Scolopendrii, ana manipulum dimidium.
Coque in aqua fontana, & vi exprime: additaque Paſſularum exacinatarum & contuſarum libra unâ, iterum coque & per pannum lineum denuo exprime.
Tum, admixtâ ſacchari albiſſimi libra unâ, fiat Lohoch ſ. a.

Lohoch è Pino.

℞. Nucleorum Pineorum recentium & mundatorum, drachmas quindecim.
Amygdalarum dulcium excortic.
Avellanarum leviter toſtarum,
Gummi Tragacanthæ,
Arabici,
Pulveris Glycyrrhizæ & Succi ejuſdem,
Amyli,
Capillorum Veneris,
Rad. Ireos, ana drachmas duas.

Pul-

Pulpæ Dactylorum flavorum uncias duas.
Amygdalar. amararum ſeſquidrachmam,
Mellis paſſulati, ſive Sapæ Paſſularum,
Sacchari albi, ana uncias quatuor.
Olei Amyg. dulc. (utendi tempore addendi, ſi eo opus ſit) unciam dimidiam.

Mellis optimi libram unam cum dimidia. Gummi macerentur in quadrupla quantitate aquæ capil. Ven. donec prorſus molleſcant: dein per cribrum ſetaceum tranſmittantur, & Mellis opt. libræ duæ miſceantur ad lentum ignem, rudiculâ lignea diu agitando. Poſtea infpergantur pulveres ſubtiles Rad. Iridis, cap. Ven. Glycyr. Sacchari & Amyli; dein Dactyli, Nuclei Pinei, Amyg. & Avellanæ, (quæ minutim incidantur, & ſeorſim lævigentur in mortario marmoreo) & optimè miſceantur. Demum utrumque gummi mixtum melli paſſulato (in quo priùs ſolutus fuerit ſuccus Glycyr.) vaſe ab igne depoſito. addatur, & diutulè omnia agitentur, ad perfectam miſcelam: addito oleo recenti, ſi mox eo utendum ſit: & fiat Lohoch ſ. a.

Lohoch de Portulaca.

℞. Succi Portulacæ colati libras duas.
Trochiſcorum de terra Lemnia drachmas duas.
de Carabe,
Gummi Arabici,
Sanguinis Draconis, ana drachmam unam.

La-

Lapidis Hæmatitis,
Pilorum leporis ustorum, ana scrupulos duos.
Sacchari albi libram unam.
Misce s. a. ut fiat Lohoch.

Lohoch è Pulmone Vulpis.

℞. Pulmonis Vulpis ritè præparati,
Succi Glycyrrhizæ,
Capillorum Veneris,
Seminum Anisi,
Fœniculi, ana partes æquales.
Sacchari cum aqua Tussilaginis & Scabiosæ in Syrupum cocti, triplum ad omnia.
Huic reliqua tenuissimè pulverata admisce, & validè commove, ut fiat Lohoch. s. a.

Lohoch Sanans.

℞. Folior. Hyssopi hortensis,
Calaminthæ, ana semunciam,
Jujubarum,
Sebesten, demptis osticulis, ana paria quindecim.
Uvarum passarum exacinatar.
Ficuum pinguium,
Dactylorum recentiorum, ana uncias duas.
Sem. Lini,
Fœnugræci, ana drachmas quinque.
Capillorum Veneris, manipulum unum.
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Rad. Ireos, in orbiculos sectæ,
Glycyrrhizæ contusæ,

Cin-

Cinnamomi, ana unciam dimidiam.
Coquantur omnia ex arte, in aquæ limpidiſſimæ libris quatuor, ad medias. Additiſque ſaccharo Penidiat. libris duabus, & gum. Tragacanthæ, Arabici, in decocto jam dicto ſolut. ana drachmis tribus, coque in Syrupum.
Poſtea incide minutiſſimè & contunde
Nucleorum pineorum mundat. drachmas quinque.
Amygdalarum dulcium excorticatarum,
Glycyrrhizæ,
Amyli, ana drachmas tres.
Rad. Ireos drachmas duas.
His ab igne remotis inſpergatur Syrupus, gnavitérque piſtillo ligneo agitetur, dum albeſcat.

Lohoch Scilliticum.

℞. Scillæ, in paſta frumentacea coctæ, drachmas tres.
Rad. Iridis drachmas duas.
Hyſſopi,
Marrubii, ana drachmam unam.
Croci,
Myrrhæ, ana drachmam dimidiam.
Mellis, uncias duas & ſemis.
Contundatur Scilla, poſt coctiuram, in mortario lapideo, & cum
Melle imponatur igni.
Auferantur denuo poſtquam ſerbuerint; inſperſiſque, cum celeri motatione, cæteris jam antè pulveratis, fiat Lohoch ſ. a.

CON-

CONDITA RADICUM, CAULIUM, CORTICUM, FLORUM, FRUCTUUM, PULPARUM.

℞. RADICUM Eryngii q.v.
Mundentur exteriùs, & interiùs, ablatâ medullâ.

Dein macerentur, diem unum atque alterum, in aqua pura aliquoties renovata; nitidóque panno lineo abstergantur.

Tum sume Sacchari albissimi pondus æquale; & aquæ Rosarum tantum, quantum fundendo Saccharo sufficiat; simúlque igni admove & despuma, tandémque ferè in Syrupum cocto injice Radices; quæ porrò tantisper elixandæ sunt, dum absumpta sit superflua humiditas, & Syrupus debitam formam acquisiverit.

His non multùm dissimiliter condiuntur.

Radices
- Acori vulgaris,
- Angelicæ,
- Boraginis,
- Bugloss,
- Cichorii,
- Enulæ Campanæ,
- Pimpinellæ,
- Satyrii,
- Sisari, Siseris,
- Symphyti majoris,
- Zingiberis,
- Zedoariæ.

℞. CAU-

℞. CAULIUM Cinaræ non nimis adultorum q. v.

Horum cape (contrà quàm in Radicibus) solas medullas; easque cum Sacchari æquali pondo, parique modo coque, ut suprà, dum condiantur s. a.

Sic etiam parantur

Caules { Angelicæ, Bardanæ, Lactucæ, &c. } collectarum ante nimiam maturitatem.

℞. CORTICUM Aurantiorum recentium q. v.

Tenuiter aufer extimam flavedinem; &, triduano minimùm spatio, in aqua fontana, sæpius abjiciendâ, macera; sum conjice in Saccharum, ut priùs habitum coctùmque, & fiat conditura s. a.

His congruenter tractandi sunt

Cortices { Citriorum, Limonum, &c.

℞. FLORUM Citrii q. v.

Cura condiendos cum Saccharo, ut constat.

Eodem modo agendum cum

Floribus { Aurantiorum, Boraginis, Primulæ Veris, &c.

℞. MALA Armeniaca quot volueris.

Deme exteriorem pelliculam cum internis ossiculis, & pari Sacchari albissimi pondo immisce.

Rursum, post quatuor horas, exime; sac-

saccharóque, absque ullo novo liquore, ut decet, cocto denuo impone, ut simul coquantur s. a.

Condiendi modum aut his omnino genuinum, aut parùm dissimilem habent alii

- Fructus, ut
  - Berberis integri,
  - Cerasa,
  - Corna, sive Cornacerasa.
  - Mala
    - Citria,
    - Cydonia,
    - Persica,
    - Vulgaria.
  - Myrobalanorum quinque species.
  - Nuces
    - Avellanæ,
    - Juglandes,
    - Moschatæ.
  - Passulæ.
  - Piper in racemis ex India,
  - Pruna
    - Hortensia,
    - Sylvestria.
  - Pyra.
  - Uvæ.

PULPÆ etiam condiuntur ut, Berberorum, Cassiæ fistularis sive solutivæ, Citrii, Cynosbati, Cydoniorum, Prunorum sylvestrium, &c.

℞. Berberorum sive fructuum Oxyacanthæ q. v.

Bullant an aquæ fontanæ q. s. dum tenerescant. Hinc pulpa, ligneo ad id facto pi-

pistil'o, per cribrum setis densum, ab arillis libera exprimatur. Dein, in vase fictili, coquatur eadem, lento igne, & crebrâ, adustionis metu, agitatione, donec aquosa humiditas evanuerit. Tum demum Pulpæ sex libris admisce Sacchari decem, & percoque in debiram consistentiam.

Condiri etiam dicuntur, sed Muria & Aceto, Flores Genistæ nondum aperti: &, inter Fructus, Cappares, Olivæ, &c.

Denique inter Cortices, Cinnamomum: inter flores, illos Rosarum & Calendulæ: inter Fructus, Amygdalas, Caryophyllos, Pineas, Pistacia &c condiri dicimus: uti etiam Semina & Surculos. Sed hæc, ad discrimen aliorum, Saccharo plerunque sicca incrustantur; &, proprio magis nomine, Confecta, five Confectiones appellantur.

CONSERVÆ & SACCHARA.

Conservæ

Herbar. Absinthii,
Acetosæ,
Acetosellæ.
Florum Aurantiorum,
Betonicæ,
Boraginis,
Buglossi,
Calendulæ.

Summitatum Cardui Benedicti.
Florum Centaurii minoris,
Chamædryos,
Caryophyllorum,
Cichorii.
Foliorum Cochlcariæ.
Florum Consolidæ majoris.
Citriariæ.
Fruct. Cynosbati.
Radicum Enulæ contus.
Herbæ cum floribus Euphragiæ.
Summitatum Fumariæ,
Galegæ, sive Rutæ Capriariæ.
Florum Geniſtæ non planè maturorum,
Hyſſopi,
Lavendulæ,
Liliorum alborum,
Lilii Convallium,
Majoranæ,
Malvæ.
Summitatum Meliſſæ.
Foliorum Menthæ.
Florum Nymphææ,
Papaveris erratici,
Paoniæ.
Perſici,
Primulæ Veris.
Roſarum { Albarum, Damaſcenarum, Rubrarum, Caninarum,
Roriſmarini.
Foliorum Rutæ.
Florum Salviæ,

Sa

Sambuci,
Scabiosæ.
Foliorum Scordii.
Florum Tiliæ,
Tussilaginis,
Violarum.

Ex his omnibus fiunt Conservæ, cum Sacchari albissimi trip'â proportione. Notandum tamen, non omnia similiter misceri.

Quædam enim priùs incîdi volunt, contundi & leviter coqui. Quædam nec incîdi, nec contundi, nec coqui. Quædam denique horum alterum tantùm ferunt, aut fugiunt. Qua in re, facilè quivis Artifex, hâc solâ præmonitione, errorem omnem vitabit.

SACCHARA.

Diacodium Solidum, sive *Tabulatum*.

℞. Capita Papaveris albi mediocria, matura, & nuper collecta No. viginti.

Macera tepidè in aquæ fontanæ libris tribus; & postridie, donec contabescant, coque. Colato demum liquori injice Sacchari purissimi q. s. iterumque coque secundùm Artem, ut exinde fiant Tabulæ.

Saccharum tabulatum simplex, & Perlatum.

Fit Prius, effuso in marmor Saccharo, post debitam coctúram cum aquæ Rosarum pallidarum dimidio pondere. Posterius verò, additâ singulis libris prioris, sub finem

coctionis, Margaritarum præparatarum & tritarum semunciâ, cum foliis auri octo, vel decem.

Saccharum Tabellatum Compositum.

℞. Rhabarb. electi scrupulos quatuor.
Agarici trochiscati,
Corallinæ,
Cornu cervi usti,
Fol. Dictamni Cretici,
Sem. Santonici,
Portulacæ,
Acetosæ, ana scrupulum unum.
Cinnamomi,
Zedoariæ,
Caryophyllorum,
Croci, ana semiscrupulum.
Sacchari albissimi tenuiter triti, libram unam.

Dissoluto Saccharo in
Aquæ Absinthii unciis quatuor,
Vini Absinthit. unciâ unâ,
Aquæ Cinnamomi, cochleari uno: fiant, cum præscriptis Speciebus, Tabulæ secundùm artem.

Saccharum Penidium.

Paratur ex Saccharo, ad lentum ignem, in aqua Hordei, soluto, & albuminibus ovorum diligenter concussis, semel atque iterum inter bulliendum depurato. Mox per pannum colatur, rursùmque igni admotum lentè bullire sinitur, donec in magnas attollatur bullas, factóque ex arte periculo, dentibus masticatum non adhæreat. Dein in

in tabulam marmoream oleo amygdalino inunctam (subsidentibus priùs extra ignem bullis) effunditur, ubi promanantes ejus extremitates toties versùs medium reagunntur, donec resinæ lariceæ instar lentescat. Tum demum alicubi ad uncum suspenditur, celeriterque manibus amylo conspersis in fila tenuiora, crassiora, breviora, aut longiora, diu distrahitur, distractúmque pro libitu, ut indurescat, tabulæ, ad id paratæ, imponitur.

Confectio de Thure.

℞. Sem. Coriandri præparati, unc. dimid.
Nucis Moschatæ,
Thuris albissimi, ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ,
Mastiches, ana drachmas duas.
Cubebarum,
Cornu Cervi præparati, ana drachmam unam.
Conservæ Rosarum rubrarum unciam unam.
Sacchari albissim. q. s. ad conficiendum mediocres Morsellos.

Saccharum Rosatum Tabulatum.

℞. Florum Rosarum rubrarum, demptis unguis, in Sole celeriter siccatorum, unciam unam.
Sacchari albissimi, libram unam.
Fundatur Saccharum ad ignem in aquæ rosar. rubrarum & succi earundem, ana unciis duabus.
His sensim absumptis pulveratas Rosas

admisce, simulque in marmor effunde, ut

Fiant Tabellæ secundùm artem.

SPECIES, sive PULVERES.

Aromaticum Caryophyllatum.

℞. Caryophyllorum drachmas septem.
Macis,
Zedoariæ,
Galangæ minoris,
Santali Citrini,
Trochiscor. Diarrhodon,
Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Spicæ Nardi Indicæ,
Piperis longi,
Cardamomi majoris, ana drachmam unam.
Rosar. rubrarum, demptis unguibus, drachmas quatuor.
Galliæ moschatæ.
Glycyrrhizæ minutim concisæ, an. drachmas duas.
Folii Indi, seu Malabathri.
Cubebarum, ana scrupulos duos.
Ambræ grisea opt. drachmam unam.
Moschi, semiscrupulum.
Tritis omnibus diligentissimè fiat pulvis.

Aromaticum Rosatum.

℞. Rosar. rubrarum exungulatarum, drachmas quindecim.

Gly-

Glycyrrhizæ rasæ, drachmas septem.
Ligni Aloes,
Santali Citrini, ana drachmas tres.
Cinnamomi electi, drachmas quinque.
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmas duas semis.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana scrupulos octo.
Nucis Moschatæ,
Cardamomi majoris,
Galangæ, ana drachmam unam.
Spicæ Nardi Indicæ,
Ambræ grisæ, ana scrupulos duos.
Moschi, scrupulum unum.

Fiat pulvis s. a. servandus in vase vitreo, vel fictili vitreato in usum.

Pulvis è Chelis Cancrorum, Compositus.

℞. Margaritarum præparatarum,
Oculorum Cancri,
Corallii rubri,
Succini albissimi,
Cornu Cervini Philosophicè præparati,
Lapidis Bezoardici Orientalis, ana unciam dimidiam.
Pulveris ex apicibus nigris chelarum cancrorum ad pondus omnium.

Fiat pulvis s. a. qui gelatinâ è viperarum nostratium spoliis extractâ excipi poterit, vel inde poma parva effomari, cautè siccanda, & in usum asservanda.

Pulvis Granorum Chermes compositus

℞. Granorum Chermes, drachmam unam.

Nucis Moschatæ, scrupulos duos.
Rad. Tormentillæ,
Santali Critini, ana semidrachmam.
Caryophyllorum,
Margaritarum præparat.
Corallii utriusq; præparat. ana scrupulum.
Folia auri numero tria.
Sacchari Tabulati perlati, utendi tempore addendi, drachmas tres.
F. Pulvis.

Species Cordiales Temperatæ.

℞. Ligni Aloës,
Spodii ex ebore, ana drachmam unam.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Ossis è corde cervi,
Rad. Angelicæ,
Caryophyllatæ,
Tormentillæ, ana drachmam unam semis.
Margaritarum præparatarum drachmas sex.
Serici crudi tosti,
Corallii utriusque, ana drachmas duas.
Hyacynthi,
Smaragdi.
Sapphiri, ana drachmam dimidiam.
Croci scrupulum unum.
Fol. Auri,
Argenti, ana No. decem.
Ambræ grisea,
Moschi, ana semidrachmam,
Fiat pulvis secundùm artem.

Dia-

Diacalaminthe simplex.

℞. Calaminthæ montanæ,
Pulegii,
Origani,
Sem. Petroselini Macedonici,
Vulgaris,
Seseleos, ana drachmas duas.
Sem. Apii,
Cymar. Thymi, ana unciam dimidiam.
Sem. Liguſtici,
Piperis albi, ana unciam unam.
Fiat pulvis ſecundùm artem.

Species Diacalaminthes compoſitæ.

℞. Pulveris Diacalaminthes ſimplicis, unciam dimidiam.
Fol. Praſii,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Artemiſiæ,
Sabinæ ſiccor. ana drachm. unam.
Rad. Cyperi,
Sem. Rubiæ,
Rutæ,
Macis,
Cinnamomi, ana ſcrupulos duos.
Terantur & miſceantur diligentiſſimè, & fiat Pulvis ſ. a.

Dianiſum.

℞. Sem. Aniſi elect. uncias duas ſemis.
Glycyrrhizæ inciſæ,
Maſtiches, ana unciam unam.
Sem. Carui,
Fœniculi.

Galangæ,
Macis,
Zingiberis,
Cinnamomi, ana drachmas quinque.
Trium Piperum.
Caliæ ligneæ,
Calaminthæ montanæ,
Pyrethri, ana drachmas duas.
Cardamomi majoris,
Caryophyllor.
Cubebarum,
Spicæ Indicæ,
Croci, ana drachmam unam.

Primò contundantur Radices; dein Cortices, Semina & Fructus; postea Calaminta & Macis seorsim contere Mastichen (cum aquæ tantillo) & Crocum. Demum commisceantur omnia in mortario; & usui reservetur Pulvis.

Pulvis Radicum Ari Compositus.

℞. Pul. rad. Ari, uncias duas.
Rad. Acori vulgaris,
Pimpinellæ saxifragæ, an. unc. un.
Oculorum Cancri unciam dimidiam.
Cinnamomi, drachmas tres.
Salis Absinthii, & Juniperi, ana drachmam unam, Misce.
Fiat Pulvis.

Species Diireos Simplicis.

℞. Rad. Ireos, unciam dimidiam.
Sacchari candi,
Spec. Diatragacanthi frigidi, ana drachmas duas.

Fiat

Fiat Pulvis.

Species Dialaccæ.

℞. Gummi Laccæ Præparatæ,
Rad. Rhaphontici, ana drachmas tres.
Schœnanthi,
Spicæ Nardi Indicæ.
Mastiches,
Succor. Absinthii,
Agrimoniæ condensatorum,
Sem. Apii,
Ameos,
Fœniculi,
Anisi,
Sabinæ,
Amygdalar. amararum mundat.
Myrrhæ,
Costi, seu Zedoariæ,
Rad. Rubiæ tinctorum.
Asari,
Aristolochiæ { longæ, rotundæ,
Gentianæ,
Croci,
Cinnamomi,
Hyssopi sicci,
Casiæ ligneæ,
Bdellii, ana drachmam unam semis.
Piperis nigri,
Zingiberis, ana drachmam unam.
Fiat Pulvis. s. a.

Pulvis Cardiacus Magistralis.

℞. Lapidis Bezoardici Orientalis,

Os-

Ossis de corde cervi ana drachmam unam semis.
Corallii albi,
rubri præparat.
Succini albi,
Perlarum præparat.
Cornu cervini, præpar.
Rasuræ Eboris,
Boli Orientalis,
Terræ Germanicæ,
Samiæ,
Lemniæ,
Ras. Ungulæ Alci,
Rad. Tormentillæ, ana drachmam unam.
Ligni Aloës,
Corticum Citri,
Rad. Angelicæ,
Zedoariæ, ana scrupulos duos.
Fol. Auri No. viginti.
Ambræ grisææ, scrupul. unum.
Moschi, grana sex.
Misce & fiat Pulvis.

Species Diamargariton Frigid.

℞. Sem. quatuor frigidorum maj. mundatorum,
Sem. Portulacæ,
Papaveris albi,
Endiviæ,
Oxalidis,
Citri,
Trium Santalorum,
Ligni Aloes,
Zingiberis,

Ho-

Florum Rosarum rubrarum exunguiculatarum,
Nymphææ,
Bugloſſi,
Violarum,
Baccarum Myrti,
Oſſis de corde cervi,
Eboris,
Rad. Contrayervæ,
Cinnamomi, ana drachmam unam.
Corallii utriuſque, ana drachmam dimidiam,
Margaritarum ſplendidarum, drachmas tres.
Ambræ griſeæ,
Caphuræ ana gr. ſex.
Moſchi, grana duo.
Fiat pulvis ſ. a.

Obſervandum tamen, ſemina frigida majora, & Papaveris non priùs addenda, quàm Species requiruntur à Medico ad uſum. Et tum pro Specierum drachmâ, addatur ſeminum ſcrupulus. Paritérque in reliquis Speciebus, quarum compoſitionem hæc ſemina ingrediuntur.

Species Diambræ.

℞. Cinnamomi,
Rad. Angelicæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Folii Indi, ſec. Malabathri,
Galangæ, ana drachmas tres.

Spi-

Spicæ Indicæ,
Cardamomi majoris,
minoris, ana drachmam unam.
Zingiberis, drachmam unam semis.
Ligni Aloës, Santali Citrini,
Piperis longi, ana drachmas duas.
Ambræ griseæ, sequidrachmam.
Moschi drachmam dimidiam.
Misce, fiat omnium Pulvis s. a.

Species Diamoschu Dulcis.

℞. Croci,
Galangæ,
Zedoariæ,
Ligni Aloës,
Macis, ana drachmas duas.
Margaritarum albarum,
Serici crudi exiccati, & pulverati,
Succini albi,
Coralli rubri præparati,
Galliæ Moschatæ,
Sem. Ocimi Citrati, ana drachmas duas semis.
Zingiberis,
Cubebarum,
Piperis longi, ana drachmam unam semis.
Nucis Moschatæ,
Folii Indi, aut Cinnamomi,
Caryophyllorum ana drachm. unam.
Moschi scrupulos duos.
Fiat pulvis s. a.

Species Diamoschu Amari.

Parantur, addendo prædictis

Ab-

Absinthii,
Rosarum siccatarum, ana drachmas tres.
Aloës optimæ lotæ semunciam.
Cinnamomi, drachmas duas semis.
Castorei,
Liguſtici, ana drachmam unam.
Fiat pulvis.

Species Dianthus.

℞. Flor. Rorismarini, unciam unam.
Rosarum rubrarum,
Violarum,
Glycyrrhizæ, ana drachmas sex.
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Nucis Moschatæ,
Galangæ,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Ligni Aloës,
Cardamomi minoris,
Sem. Anethi,
Anisi, ana scrupulos quatuor.
Fiat pulvis secundùm artem.

Diapenidion.

℞. Penidiorum, uncias duas.
Nucleorum Pineorum mundatorum,
Amygdalarum dulcium mundatarum,
Sem. Papaveris albi, ana drachmas tres, & scrupulum unum.

Cin-

Cinnamomi
Caryophyllor.
Zingiberis,
} His tribus omissis, fit Diapenidion sine Speciebus.

Succi Glycyrrhizæ,
Gum. Tragacanthæ,
Arabici,
Amyli candidissimi,
Sem. frigidorum maj. excorticatorum,
ana sesquidrachmam.
Camphoræ grana septem.
Fiat Pulvis.

Diarrhodon Abbatis.

℞. Santalorum alborum,
rubrorum, ana drachmas duas semis.
Gum. Tragacanthæ,
Arabici,
Scobis Eboris, ana scrupulos duos.
Rad. Asari,
Mastichis,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi,
Succi Glycyrrhizæ,
Croci,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Gallix Moschatæ,
Sem, Anisi,
Fœniculi,
Cinnamomi,
Rhapontici,
Sem. Ocimi,
Berberis,
Scariolæ,

Per-

Portulacæ,
Quatuor frigidorum maj. mundat.
Papaveris albi, ana ſcrupulum unum.
Margaritarum,
Oſſis de corde cervi ana ſcrupulum dimidium.
Roſarum rubrarum exungulatarum, unciam unam & drachmas tres.
Camphoræ grana ſeptem.
Moſchi grana quatuor.
Fiat pulvis ſ. a.

Diaſpoliticum.

℞. Seminum Cumini in aceto acri maceratorum & exiccat.
Piperis longi,
Folior. Rutæ ſiccatorum, ana unciam unam.
Nitri unciam dimidiam.
Fiat Pulvis.

Species Diatragacanthi Frigidi.

℞. Gummi Tragacanthæ, uncias duas.
Arabici, unciam unam & drachmas duas.
Amyli, unciam dimidiam.
Glycyrrhizæ,
Sem. Melonum,
Papaveris albi, ana drachmas tres.
Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ, ana drachmas duas.
Penidiorum, uncias tres.
Flor. Nymphææ ſcrupulum.
Fiat Pulvis ſ. a.

Spe-

Species Diatrion Piperon.

℞. Trium piperum, ana drachmas sex, & grana quindecim.
Sem. anisi,
Thymi.
Zingiberis, ana drachmam unam. Fiat Pulvis crassiusculus.

Species Diatrion Santalon.

℞. Santalorum omnium, inter contundendum, guttulis aliquot aquæ Rosar. irroratorum,
Rosarum rubrarum, ana drachmas tres.
Rhapontici,
Scobis Eboris,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem. Portulacæ, ana drachmas duas, & grana quindecim.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Sem. Melonum,
Cucumeris,
Citrulli,
Cucurbitæ,
Scariolæ, ana drachmam unam semis.
Camphoræ scrupulum unum.
Fiat Pulvis s. a.

Pulvis Haly.

℞. Sem. Papaveris albi, drachmas decem.
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana drachmas tres.
Sem. Portulacæ,

Al-

Althææ,
Malvæ, ana drachmas quinque.
Cucumeris,
Melonis,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Cydoniorum mundatorum, ana drachmas septem.
Scobis Eboris,
Glycyrrhizæ, ana drachmas tres.
Succini albi, drachmas duas.
Penidiorum ad pondus omnium.
Fiat Pulvis, s. a.

Lætificans.

℞. Florum Ocimi Caryophyllati, aut sem. ejusdem,
Croci,
Zedoariæ,
Santali Citrini,
Caryophyllorum,
Corticum Citrii,
Galangæ,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Styracis Calamitæ, ana drach. duas semis.
Rasuræ Eboris,
Seminum Anisi,
Thymi,
Epithymi, ana drachmam unam.
Ossis è corde cervi,
Margaritarum,
Camphoræ,
Ambræ grisæ,

Mo-

Moschi, ana drachmam dimidiam.
Folior. Auri,
Argenti, ana scrupulum dimidium.
Fiat pulvis s. a.

Pulvis Bezoardicus Magistralis.

℞. Sapphiri,
Rubini,
Hyacinthi,
Granator.
Smaragdor. ana drachmam unam.
Terræ Lemniæ,
Boli veræ,
Corall. rubri præparat.
Margaritarum præparatarum, ana drachmas duas.
Zedoariæ,
Cornu Unicorn.
Lapid. Bezoartici Orient. & Occident.
Moschi,
Ambræ grisæ,
Caphuræ,
Junci odorati,
Croci optimi, ana drachmam semis.
Santali Citrini,
Ligni Aloës,
Benzoini, ana scrupulos duos.
Philonii Magistralis, scrupulos quatuor.
Ossis è corde Cervi,
Cort. Citrii,
Granor. Kermes ana drachmam semis.
Olei Cinnamomi Chym.
Nucis Moschatæ Chym. ana guttas quinque.

Mi-

Misce, fiat pulvis subtilissimus, secundùm artem.

Species Confectionis Liberantis.

℞. Rad. Tormentillæ,
Sem. Acetosæ,
Endiviæ,
Coriandri,
Citrii, ana drachmam unam semis.
Santalorum omnium,
Rad. Dictamni albi, ana drachmam unam.
Boli Armenæ,
Terræ Lemniæ, ana drachmas tres.
Margaritarum,
Corallii utriusque,
Succini albi,
Scobis Eboris,
Ossis è corde cervi,
Radic. Serpentariæ Virginianæ.
Caryophyllatæ,
Angelicæ,
Cardamomi,
Cinnamomi, ana drachmam.
Macis,
Ligni Aloës,
Casiæ lignæ,
Croci,
Zedoariæ, ana drachmam dimidiam.
Penidiorum,
Fragmentorum Smaragdi,
Hyacinthi,
Granati,
Florum Nymphææ,

Bu-

Buglossi,
Rosar. rubrar. ana scrup. unum.
Camphoræ gr. septem.
Moschi,
Ambræ grisi. ana grana tria.
Fiat Pulvis secundùm artem.

Pulvis Saxonicus.

℞. Rad. utriusque Angelicæ.
Vincetoxici,
Valerianæ domesticæ,
Polypodii querceni,
Urticæ, ana unciam dimidiam.
Cort. Mezerei German. drachmas duas.
Granorum herbæ Paridis numero viginti quatuor.
Fol. ejusdem cum toto, numero triginta sex.
Ex maceratis in aceto radicibus, & siccatis, fiat omnium Pulvis.

Pulvis Saxifragiæ compositus.

℞. Rad. Pimpinellæ Saxifragæ, drachmam dimidiam.
Sem. Saxifragiæ,
Geniſtæ,
Milii Solis, ana drachmam.
Lactucæ.
Hyoscyami,
Papaveris albi,
Quatuor frig. maj. ana scrupulos duos.
Troch. Alkekengi, sesquidrachmam.
Glycyrrhizæ, scrupulos quatuor.
Sacchari crystallini, quando usus postulat addendi, uncias duas.
F. Pulvis.

Tul-

Pulvis Dialthææ.

℞. Rad, siccar. Althææ, drachmas quinque
Glycyrrhizæ Hispanicæ,
Ossium Mespilorum ana semuncias.
Sem. Milii Solis,
Petroselini,
Digitalis, ana drachmas tres.
Oculorum Cancr. cum succo Limonii
prepar. drachm. sex.
Gummi Arabici, drachmas duas.
Cerasi,
Pruni, ana drachm. unam,
Triturâ accuratâ, habitâ,
F. Pulvis subtilis.

Pulvis Antilissus.

℞. Fol. Rutæ,
Verbenæ,
Salviæ tenuifoliæ,
Plantaginis,
Polipodii,
Absinthii vulgaris,
Menthæ,
Artemisiæ,
Melissophylli,
Betonicæ,
Hyperici,
Centaurii minoris, ana p. æ.

Legantur singula, quo tempore viribus pollent maximis, quod ad Junii fere plenilunium assequuntur. In sole fervido brevi siccentur, siccata ad usus reserventur, eâ lege ut quotannis renoventur.

Quum utendi necessitas incidet, singulo-

lorum æquale pondus in pulverem tenuissimum redigito.

Species Electuarii Rosatæ Novellæ.

℞. Rosarum rubrarum exungulatarum & siccatarum,
Glycyrrhizæ, ana unciam unam, drachmam unam, scrupulos duos semis.
Cinnamomi drachmas duas, scrupulos duos, grana duo.
Caryophyllorum,
Nardi Indicæ,
Zingiberis,
Galangæ,
Nucis Moschatæ,
Zedoariæ,
Styracis Calamitæ,
Cardamomi,
Sem. Petroselini, ana scrupulum unum, grana octo.
Fiat Pulvis.

Pulvis Thuraloes.

℞. Thuris, drachmam unam.
Aloës, drachmam dimidiam.
Fiat pulvis.

Utendi tempore, tantum hujus cum ovi albumine subigatur, quantum mellis reddat crassitudinem: hoc Leporis mollissimis pilis excipiatur; deinde cùm vasi profluenti, tum vulneri toti liberaliter imponatur, adhibitâ ligaturâ convenienti.

Pulvis Senæ Compositus Major.

℞. Sem. Anisi,
Carui,

Fœ-

Fœniculi,
Cymini,
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Galangæ, ana unciam dimidiam.
Glycyrrhizæ,
Milii Solis, ana unciam unam.
Senæ ad pondus omnium.
Fiat pulvis.

Pulvis Senæ Compositus Minor.

℞. Senæ optimæ, uncias duas.
Cremoris Tartari, unciam dimidiam.
Macis, ſcrupulos duos ſemis.
Zingiberis,
Cinnamomi, ana drachm. unam ſemiſ.
Salis gemmæ, drachmam unam.
Fiat. pulvis. ſ. a.

Pulvis Diaſennæ.

℞. Folior. Senæ,
Cremoris Tartari, ana uncias duas.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Galangæ,
Ammeos, ana drachmas duas.
Diagrydii, unciam dimidiam.
Fiat pulvis ſecundùm artem.

Diaturbith cum Rhabarbaro.

℞. Turpeti optimi,
Hermodactylor. ana unciam unam.
Rhabarbari, drachmas decem.
Diagrydii, unciam dimidiam.
Santali rubri,
albi,

Violarum,
Zingiberis, ana drachmam unam ſemis.
Maſtiches,
Aniſi,
Cinnamomi,
Croci, ana drachmam dimid.
Fiat pulvis.

Pulvis comitis Warvicenſis.

℞. Scammonii, fumo ſulphuris præparati uncias duas.
Antimonii diaphoretici, unciam unam.
Cryſtallorum Tartari, ſemunciam.
Miſce F. Pulvis.

ELECTUARIA.

Antidotus Analeptica.

℞. Roſarum rubrarum,
Glycyrrhizæ, ana drachm. duas & grana quinque.
Gum. Arabici,
Tragacanthæ, ana drachmas duas & ſcrupulos duos.
Santali albi,
rubri, ana ſcrupulos quatuor.
Succi Glycyrrhizæ,
Amyli,
Seminum Papaveris albi,
Portulacæ,
Lactucæ,
Endiviæ, ana drachmas tres.
Quatuor ſeminum frigidorum maj. excorticatorum.

Sem. Cydoniorum,
Malvæ,
Bombacis,
Violarum,
Nucleorum Pini,
Piſtaciorum recentium,
Amygdalarum dulcium,
Styracis Calamitæ,
Pulpæ Sebeſten, ana drachmas duas.
Caryophyllorum,
Scobis Eboris,
Cinnamomi ana drachmam unam.
Croci, grana quinque.
Penidiorum, unciam dimidiam.

Trita omnia excipiantur triplo Syrupi violati, ut fiat Electuârium molle.

Confectio Alkermes.

℞. Succi pomorum fragrantium,
Aquæ roſarum odoratiſſimæ, ana libram unam ſemis.
Syr. Granorum Kermes, libras duas.
Sacchari libram unam.

Coque ad Mellis fere conſiſtentiam: Miſturæ, ab igne ſepoſitæ, adhuc calenti adde,
Ambræ griſeæ minutim conciſæ, & guttis aliquot olei Cinnamomi ſolutæ drachmas duas.

Quibus optimè miſtis, ſuperinjicito ſequentia pulverata,
Cinnamomi electi,
Ligni Aloës optimi ana drachmas ſex.
Margaritarum pellucidarum præparatarum, drachmas duas.

Foliorum Auri, drachmam unam.
Moſchi optimi, ſcrupulum dimidium.
Confice ſecundùm artem.

Electuarium è Saſſaphras.

℞. Ligni Saſſaphras odoratiſſimi, unc. duas.
Aquæ communis, libras tres.
Coque ad tertiæ partis conſumptionem; addendo ſub finem,
Cinnamomi fracti, ſemunciam.
Colatura, cum Sacchari albiſſimi libris duabus, coquatur in Syrupi craſſioris conſiſtentiam, ſuper injiciendo
Pulveris Cinnamomi, drachmam unam.
Pul. Nucis Moſchatæ, ſemiſcrupulum.
Moſchi, grana tria.
Ambræ griſeæ, grana triginta duo.
Fol. Auri No. decem.
Spiritus vitrioli guttas quatuor; & fiat Electuarium ſecundùm artem.

Electuarium de Baccis Lauri.

℞. Folior. Rutæ ſiccatorum drach. decem.
Seminum Ammeos,
Cymini,
Liguſtici,
Origani,
Nigellæ,
Carui,
Dauci,
Petroſelini,
Amygdalarum amararum,
Piperis nigri,
longi,
Mentaſtri,

&c.

Calami Aromatici,
Baccarum lauri,
Castorei, ana drachmas duas.
Sagapeni, unciam dimidiam.
Opopanacis, drachmas tres.
Mellis despumati, libram unam semis.
Tritis diligenter quæ terenda; fiat Electuarium secundùm artem, sùb finem additis gummi vino albo solutis.

Diacapparis.

℞. Corticum radicum Capparum, uncias quatuor.
Rad. Agrimoniæ,
Sem. Nigellæ Romanæ,
Scillæ,
Asari,
Centaurii,
Pyrethri,
Piperis nigri,
Apii,
Thymi, ana unciam unam.
Mellis triplum.
Fiat Electuarium secundùm artem.

Diacinnamomum.

℞. Cinnamomi electi, drachmas quindecim.
Cassiæ ligneæ,
Rad. Helenii, ana semunciam.
Galangæ, drachmas septem.
Caryophyllorum,
Piperis longi,
Cardamomi utriusque,
Zingiberis,

Macis,
Nucis Moſchatæ,
Xyloaloës, ana drachmas tres.
Croci, drachmam.
Sacchari cryſtallini albiſſimi, drachmas quinque.
Moſchi ſcrupulos duos, ex præſcripto Medici addendos.

Excepta Mellis deſpumati libris duabus, unciis octo, coque; & fiat Electuarium ſecundùm artem.

Diacorallion.

℞. Corallii albi,
rubri,
Boli Armenæ veræ,
Sanguinis Draconis, ana drachmam.
Margaritarum ſemidrachmam.
Xyloaloës,
Roſarum rubrarum,
Gummi Tragacanthæ,
Cinnamomi, ana ſcrupulos duos.
Santali albi,
rubri, ana ſcrupulum.
Sacchari in aq. Cinnamomi tenuiori ſoluti, quadrupulum,

Miſce, & fiat electuarium ſecundùm artem.

Diacorum.

℞. Rad. Secacul, ſeu Siſeris, vel Eryngii,
Acori, ſeu Calami aromatici,
Pinearum, ana ſeſquilibram.

Radicibus ſecacul mundatis, inciſis, coctis, piſtis, tritis ad pulticulæ formam, affunde Mellis deſpumati libras decem.

Co-

Coquantur, agitando, ad justam spissitudinem: tum ab igne remotis adde tritas radices Acori, incisas Pineas, mistas sequenti pulveri;

℞. Piperis nigri unciam.
longi,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Macis, ana semunciam.
Nucis Moschatæ,
Galangæ,
Cardamomi, ana drachmas tres.

Misce cum Radicibus, & Mellis triplo, agitando, ne grumi relinquantur.
Fiat Electuarium s. a.

Diacydonium Simplex.

℞. Carnis Cydoniorum mundatorum, in frusta dissectorum, & in aqua dulci ad spissitudinem coctorum, libras octo.
Sacchari albissimi despumati, & ad justam consistentiam concocti, libras sex.
Coque ad spissitudinem.

Diacydonium cum Speciebus.

℞. Succi Pomorum Cydoniorum,
Sacchari optimi, ana libras duas.
Aceti vini albi, sub finem coctionis addendi, libram semis.

Coctis supra prunas modicè, & spumâ detractâ adde
Zingiberis uncias duas.
Piperis albi, drachmas decem & scrupulos duos.

Pulverentur crassiusculè, deinde rursus co-

quantur ad mellis crassitudinem.

Diacydonium Magistrale compositum

℞. Sacchari albi, libras sex.
Aquæ fontanæ, libras quatuor.

Clarificentur cum albumine ovi, & diligenter despumentur: Dein

℞. Cydoniorum maturorum à corticibus exterioribus, & seminibus expurgatorum, & in quaternas pares incisorum, libras octo.

Coquantur in Syrupo prædicto, donec carnes teneræ fuerint, deinde per pannum laneum coletur Succus sive Syrupus. Iterum coquantur ad gelatinæ consistentiam, cum aceti vini albi unciis quatuor sub finem additis. Syrupo ab igne remoto, dum adhuc calescit, inspergе species sequentes crassiusculè incisas.

Zingiberis, unciam unam.
Piperis albi,
Cinnamomi,
Nucis Moscatæ, ana drachmas duas.

In Pyxidibus diversis reservetur.

Antidotum Hæmagogum.

℞. Lupinorum excorticatorum drachmas duas.
Piperis nigri, scrup. quinque, & grana sex.
Glycyrrhizæ, scrupulos quatuor.
Aristolochiæ longæ,
Artemisiæ,
Casiæ lignea,
Sem. Petroselini Macedonici,
Pyrethri,

Sem.

Sem. Rutæ,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Pulegii, ana ſcrupulos duos, & grana quatuordecim.
Sem. Apii,
Sabinæ, ana ſcrupulos duos & grana tredecim.
Centaurii majoris,
Dauci Cretici,
Nigellæ,
Carui,
Anifi,
Caryophyllorum,
Aluminis rupei ſeorſim pulverati, ana ſcrupulos duos.
Fol. Lauri, ſcrupulum unum ſemis, & grana tria.
Xyloaloës, Scrupulum unum, & grana quatuordecim.
Schœnanthi, ſcrupulum unum & grana tredecim.
Aſari,
Calami Aromatici vulgaris,
Amomi,
Centaurii minoris,
Sem. Atriplicis,
Pœoniæ,
Fœniculi, ana ſcrupulum unum & grana ſex.
Cyperi,
Helenii,
Zingiberis,
Cortic. Rad. Capatum,

Sem. Cymini,
Orobi, ana ſcrupulum unum.
Trita omnia in tenuiſſimum pulverem, excipiantur Mellis deſpumati quadruplo, & conficiatur Electuarium ex arte; quod, ante uſum, per unius menſis ſpatium fermentari ſinatur.

Confectio de Hyacintho.

℞. Fragmentorum Hyacinthorum.
Corallii rubri,
Boli Armenæ,
Terræ ſigillatæ, ana unciam dimidiam.
Granorum Kermes,
Radicum Tormentillæ,
Dictamni,
Sem. citri mundatorum,
Acetoſæ,
Portulacæ,
Croci,
Myrrhæ,
Roſarum rubrarum exungulatarum,
Santalorum omnium,
Oſſis è corde cervi,
Cornu cervini,
Raſuræ Eboris, ana ſcrupulos quatuor.
Sapphirorum,
Smaragdi,
Lapidis Topaſii,
Margaritarum,
Folior. Auri,
Argenti, ana ſcrupulos duos.
Camphoræ,
Moſchi,

Am-

Ambræ griſeæ, ana grana quinque.
Cum Syrupo de Limon. fiat Confectio ſ. a.

Diaſatyrion.

℞. Rad. Satyrii recentis, uncias tres.
Pulpæ Dactylorum,
Amygdalarum dulcium,
Pinearum,
Piſtachiorum,
Zingiberis conditi,
Eryngii conditi, ana unciam unam.
Caryophyllorum,
Galangæ,
Piperis longi,
nigri, ana drachm. tres.
Ambræ griſeæ, ſcrupulum unum.
Moſchi, ſcrupulos duos.
Penidiorum, uncias quatuor.
Cinnamomi,
Croci, ana unciam dimidiam.
Vini Malvatici, uncias tres.
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Granorum Paradiſi, ana drachmas duas.
Seminis Fraxini,
Ventris & Lumborum Scincorum,
Boracis factitii,
Benzoini, ana drachmas tres.
Ligni Aloës,
Cardamomi, ana drachmas duas.
Sem. Urticæ,
Cæparum,
Radicum Caryophyllatæ, ana drachmam unam ſemis.

Sin-

Singula ſimplicia comminuendo & miſcendo tandem excipe libris duabus & ſemis ſyrupi Zingiberis conditi.
Fiat Electuarium ſecundùm artem.

Electuarium Diaſpermaton.

℞. Quatuor Sem.
Frigidorum majorum, & minorum.
Sem. Aſparagi,
Pimpinellæ,
Ocimi,
Petroſelini,
Granorum Halicaçabi, ana drachmas duas.
Millii Solis,
Succi Glycyrrhizæ, ana drachmas tres.
Cinnamomi,
Macis, ana drachmam unam.
Sacch. albi, aq. Althææ ſoluti octuplum.
Fiat Electuarium ſecundùm artem.

Micleta.

℞. Corticum Myrobalanorum omnium torrefactorum, ana drach. duas ſemis.
Sem. Naſturtii,
Cymini,
Aniſi,
Fœniculi,
Ammeos,
Carui, ana drachmam unam ſemis.
Semina cruda terantur, & aſpergantur aceto vini acerrimo, deinde exiccentur, & denuo pulverenter; mox addantur Myro-

robalani & sequentia, redacta in pulverem,
Spodii ex Ebore ad albedinem calcinati,
Balaustiorum,
Sumach, seu pulpæ Rhois,
Mastiches,
Gummi Arabici, ana drachma una & grana quindecim.
Omnia misceantur cum Syrupi Myrtini, ad spissitudinem cocti, unciis decem.
Fiat Electuarium secundùm artem.

Electuarium Pectorale.

℞. Succi Glycyrrhizæ,
Amygdalarum dulcium, ana semunciam.
Pinearum, unciam unam.
Hyssopi,
Capillorum Veneris,
Ireos,
Sem. Urticæ,
Aristolochiæ rotundæ, ana sesquidrachmam.
Piperis nigri,
Sem. Nasturtii,
Radicum Enulæ, ana semidrachmam.
Mellis, uncias quatuordecim.
Fiat Electuarium secundùm artem.

Theriaca Diatessaron,

℞. Rad. Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Aristolochiæ rotundæ, ana uncias duas.
Mellis, libras duas.
Misce; Fiat Electuarium secundùm artem.

Quod

Quod additis raſuræ Eboris, unciis duabus, dicitur Diapente.

Diaſcordium.

℞. Cinnamomi,
Caſiæ ligneæ, ana unciam dimidiam.
Scordii veri, unciam unam.
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Biſtortæ,
Galbani,
Gummi Arabici, ana unciam dimidiam.
Styracis Calamitæ, drachmas quatuor ſemis.
Opii,
Seminis Acetoſæ, ana drachmam unam ſemis.
Gentianæ, unciam dimidiam.
Boli Armenæ, unciam unam ſemis.
Terræ ſigillatæ Lemniæ, unc. dimidiam.
Piperis longi,
Zingiberis, ana drachmas duas.
Mellis albi deſpumati, libras duas ſemis.
Sacchari roſati, libram unam.
Vini Canarini generoſi, uncias octo.

Fiat Electuarium ſecundùm artem.

Mithridatium.

℞. Myrrhæ Arabicæ,
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris,

Sem.

Sem. Thlaſpios, ana drachmas decem.
Seſeleos,
Opobalſami ſeu Olei Nucis Moſchatæ
per expreſſionem,
Junci odorati,
Stœchados Arabicæ,
Coſti veri,
Galbani,
Terebinthinæ Cypriæ.
Piperis longi,
Caſtorei,
Succi Hypocyſtidos,
Styracis Calamitæ,
Opopanacis,
Fol. Malabathri recentium, ſeu, ejus
defectu, Macis, ana unciam unam.
Caſiæ ligneæ veræ,
Polii montani,
Piperis albi,
Scordii,
Sem. Dauci Cretici,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Trochiſc. Cypheos,
Bdellii, ana drach. ſeptem.
Nardi Celticæ purgatæ,
Gummi Arabici,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Opii,
Cardamomi minoris,
Sem. Fœniculi,
Gentianæ,
Flo. roſar. rubrarum,
Dictamni Cretenſis, ana drach. quinque;
Sem. Aniſi,

Asari,
Acori, seu Calami Aromatici,
Ireos,
Phu majoris,
Sagapeni, ana drachmas tres.
Mei Athamantici,
Acaciæ,
Ventrium Scincorum,
Summitatum Hyperici, ana drachmas duas semis.
Vini Canarini optimi quantum sufficit ad solutionem gummi, & succorum, nempe circiter uncias viginti sex.
Mellis deinde despumati triplum ad omnia, præter vinum.

Fiat Electuarium secundùm artem.

Philonium Persicum.

℞. Piperis albi,
Sem. Hyoscyami albi, ana drachmas viginti.
Opii,
Terræ Lemniæ, ana drachmas decem.
Lap. Hæmatitis præpar.
Croci, ana drachmas quinque.
Castorei,
Spicæ Indicæ,
Pyrethri,
Margaritarum,
Succini,
Zedoariæ.
Helenii,
Trochiscorum Ramich, ana drachmam unam.

Cam-

Camphoræ, ſcrupulum unum.
Mellis Roſacei optimi triplum.
Miſce, fiat Electuarium, ſecundùm artem.

Philonium Romanum.

℞. Piperis albi,
Sem. Hyoſcyami albi, ana drachmas quinque.
Opii, drachmas duas ſemis.
Caſiæ lignææ, drachmam unam ſemis.
Sem. Apii drachmam unam.
Petroſelini Macedonici,
Fœniculi,
Dauci Cretici, ana ſcrupulos duos, grana quinque.
Croci, ſcrupulum unum ſemis.
Spicæ indicæ,
Pyrethri,
Zedoariæ, ana grana quindecim.
Cinnamomi, drachmam unam ſemis.
Myrrhæ,
Caſtorei, ana drachmam unam.
Mellis deſpumati triplum.
Miſce, fiat Electuarium ſ. a.

Philonium Magiſtrale.

℞. Opii præparati, uncias quatuor.
Benzoini,
Myrrhæ,
Mummiæ, ana unciam ſemis.
Spiritus vini q. ſ. ut fiat opiatum.

Electuarium de ovo.

℞. Ovum Gallinæ recens, &, extracto albumine, parvo foramine facto, impleatur vacuum Croco optimo non pulverato,

to, relicto intus vitello. Postea cum alio putamine rursus obturetur; & lento igne, vel ad fornacem, tamdiu affetur, in vase fictili, donec tota testa ovi inceperit nigrescere; diligenter attendendo, nè Crocus comburatur (quod totius medicamenti cum damno fieret) Exempta materia exsiccetur, ut minutissimè possit contundi, & in pulverem redigi; tum addatur pulveris Sinapeos albi quantum prædicta omnium ponderant. Deinde

℞. Rad. Dictamni albi, sive Fraxinellæ,
Tormentillæ, ana drachmas duas.
Myrrhæ,
Cornu Cervini,
Radicis Petasitidis, ana drachm. unam.
Rad. Angelicæ,
Pimpinellæ,
Granorum Juniperi,
Zedoariæ,
Camphoræ, ana unciam dimidiam.

Misceantur omnia simul in Mortario; & adjiciatur denique Theriaca Andromachi ad pondus omnium, & iterum pistillo bene misceantur per tres ferme horas semper agitando, & affundendo Syrupi Limonum q. s. donec fiat, Electuarium s. a.

Theriaca Andromachi.

℞. Trochiscorum Scilliticorum, drachmas quadraginta octo.
Trochiscorum è viperis, ex carne & jure,

Pi-

Piperis longi,
Opii Thebaici,
Trochiſcorum Hedychroï, ana drachmas viginti quatuor.
Roſarum rubrarum ſiccarum, reſectis unguibus,
Iridis Illyricæ odoratæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem. Napi dulcis,
Cymarum Scordii,
Opobalſami,
Cinnamomi,
Agarici trochiſcati ana drachmas duodecim.
Myrrhæ,
Coſti odorati, ſeu Zedoariæ,
Croci,
Caſiæ ligneæ veræ,
Nardi indicæ,
Schœnanthi,
Piperis albi,
nigri,
Thuris maſc.
Dictamni Cretici,
Rhapontici,
Stœchados Arabicæ,
Marrubii,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Calaminthes ſiccæ,
Terebinthinæ Cypriæ,
Rad. Pentaphylli,
Zingiberis, ana drachmas ſex.
Cymarum Polii Cretici,
Chamepityos,

Rad.

Rad. Nardi Celticæ,
Amomi,
Styracis Calamitæ,
Rad. Mei Athamantici,
Cym. Chamædryos,
Rad. Phu pontici,
Terræ Lemniæ,
Fol. Malabathri,
Chalcitidis ustæ, vel, ejus loco,
Chalcanthi Romani usti,
Rad. Gentianæ,
Gummi Arabici,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, vel Nucis Moſchatæ, vel
Cubebarum.
Sem. Aniſi ſiccat.
Cardamomi.
Fœniculi,
Seſeleos,
Acaciæ, vel, ejus loco, Succi inſpiſſati Prunellorum acerborum.
Seminum Thlaſpios,
Summitatum Hyperici,
Sem. Ammeos,
Sagapeni, ana drachm. quatuor.
Caſtorei,
Rad. Ariſtolochiæ longæ.
Bituminis Judaïci, vel Succini,
Sem. Dauci Cretici,
Opopanacis,
Centaurii minoris,
Galbani pinguis, ana drachmas duas.
Vini Canarini veteris, q. ſ. nempe uncias quadraginta, quo diſſolvantur

ſim-

simplicia humida & liquabilia.

Mellis optimi despumati triplum ad pondus specierum siccatarum; Misce secundùm artem.

Theriaca Londinensis.

℞. Cornu Cervini limâ derasi, uncias duas.
Sem. Citri,
Oxalidis,
Pœoniæ,
Ocimi, ana unciam unam.
Scordii,
Corallinæ, ana drachmas sex.
Rad. Angelicæ,
Tormentillæ,
Pœoniæ,
Fol. Dictamni,
Baccarum Juniperi,
Lauri, ana unciam dimidiam.
Florum Calendulæ,
Caryophyllorum,
Anthos,
Summitatum Hyperici,
Nucis Moschatæ,
Croci, ana drachmas tres.
Rad. Gentianæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Macis,
Myrrhæ,
Fol. Scabiosæ,
Succisæ,
Cardui benedicti, ana drachm. duas.
Caryophyllorum,

Opii,

Opii, ana drachmam unam.
Vini Canarini generosi q. s.
Mellis despumati triplum.
Misce secundùm artem.

Diacrocuma.

℞. Croci,
Rad. Asari,
Sem. Petroselini,
Dauci,
Anisi,
Apii, ana unciam dimidiam.
Rhabarbari,
Radicis Mei Athamantici,
Spicæ Indicæ, ana drachmas sex.
Cassiæ ligneæ veræ,
Costi,
Myrrhæ,
Schœnanthûs,
Cubebarum,
Rad. Rubiæ,
Succi Absinthii, &
Agerati inspissatorum,
Opobalsami, seu Olei Nucis Moschatæ,
ana drachm. duas.
Cinnamomi,
Calami Aromatici, ana drachmam unam
semis.
Scordii,
Ceterach,
Succi Glycyrrhizæ, an. drach. duas semi.
Tragacanthæ, drachmam unam.
Cum octuplo Sacchari albi, in aq. Endiviæ
soluti & clarificati, fiat Electuarium s. a.

ELE-

ELECTUARIA PURGANTIA.

Benedicta laxativa.

℞. Turpeti electi, drachmas decem.
Diagrydii,
Cort. Rad. Esulæ præpar.
Hermodactylorum,
Rosarum rubrarum, ana drachmas quinque.
Caryophyllorum,
Spicæ Nardi,
Zingiberis,
Croci
Piperis longi,
Amomi, vel, ejus defectu, Calami Aromatici,
Cardamomi majoris,
Seminum Apii,
Petroselini,
Carui,
Fœniculi,
Asparagi,
Saxifragiæ,
Milii Solis,
Salis gemmei,
Galangæ,
Macis, ana drachmam unam.
Mellis despumati triplum, Fiat Electuarium s. a. Possunt etiam species per se in officinis commodè reservari.

Caryocostinum.

℞. Caryophyllorum,

Co-

Costi candidi, seu Zedoariæ,
Zingiberis,
Cumini, ana drachmas duas.
Hermodactylorum: à cortice mundator.
Diagrydii, ana unciam dimidiam.
Mellis Rosati triplum.

Omnia simul conterantur, præter Diagrydium, addanturque melli, ac rudiculâ diligenter commisceantur: Demum adjiciatur Dyagrydium seorsim pulveratum, fiatque Electuarium. f. a.

Cassia Extracta pro Clysteribus.

℞. Fol. Violariæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ,
Flor. Violarum, ana manip. unum.

Fiat decoctio in sufficienti quantitate aquæ, (addendo sub finem flores Violarum, cujus beneficio Cassia extrahatur, & Cannæ ejus interiùs laventur;) deinde

℞. Cassiæ cum hac decoctione extractæ, & ad consistentiam coctæ, libram unam.
Sacchari rubri, libram unam semis.

Coquantur ad formam Electuarii secundùm artem.

Electuarium Amarum Magistrale Majus.

℞. Agarici albissimi,
Turpeti electi,
Spec. Hieræ simpl.
Rhabarbari optimi, ana drachmam unam.

Aloës

Aloës electæ, illotæ, drachmas duas.
Zingiberis,
Crystallor. Tartari, ana scrupulos duos.
Iridis Florentinæ,
Farinæ Sem. Fœniculi dulcis, ana scrupulum.
Syr. Rosarum solutivi q. s.
Fiat Electuarium s. a.

Electuarium Amarum Minus.

℞. Epithymi semunciam.
Rad. Angelicæ, drachmas tres.
Gentianæ,
Zedoariæ,
Acori, ana drachmas duas;
Cinnamomi, sesquidrachmam.
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Croci, ana drachmam unam.
Aloës, uncias sex.
Cum Syrupi Fumariæ,
Scabiosæ,
Sacchari, ana q. s. Fiat Electuarium molle.

Diacassia cum Manna.

℞. Prunorum Damascenorum, uncias duas.
Florum Violarum, manipulum unum semis.
Aquæ fontanæ, libram unam semis.
Bulliant secundùm artem ad medietatis consumptionem. In colatura dissolve
Pulpæ Cassiæ recèns extractæ, uncias sex
Sacchari violati,
Syrupi violati, ana uncias quatuor.
Pulpæ Tamarindorum, unciam unam.

Sacchari Candi, unciam unam ſemis.
Mannæ optimæ, uncias duas.
Commiſceantur, & fiat Electuarium ſecundùm artem.

Caſſia Extracta ſine foliis Senæ.

℞. Prunа numero duodecim.
Florum Violarum, manipulum unum.
Hordei mundati,
Sem. Aniſi,
Carthami,
Polypodii Quercini, ana drachm. quinque.
Capillorum Veneris,
Thymi,
Epithymi, ana manipul. ſemis.
Paſſularum ab acinis mundatar. unciam dimidiam.
Sem. Fœniculi, drachmas duas.
Portulacæ,
Malvæ, ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ, unciam dimidiam.
Fiat horum decoctio in aquæ q. ſ. Colentur, in colatura diſſolve.
Pulpæ Caſiæ, libras duas.
Tamarindorum, unciam unam.
Cinnamomi, drachmas tres.
Sacchari optimi, libram unam.
Coquantur in formam Electuarii.

Caſſia Extracta cum foliis Senæ.

℞. Electuarii Caſſiæ extractæ ſine foliis Senæ, libras duas.
Pul. Foliorum Senæ, uncias duas.
Miſce.

Dia-

Diacarthamum.

℞. Specierum Diatragacanthi frigidi, unciam dimidiam.
Pulpæ Cydoniorum conditorum, unciam unam.
Medullæ Sem. Carthami, unciam dimidiam.
Zingiberis albi, drachmas duas.
Diagrydii seorsim triti, drachmas tres.
Turpeti albi, drachmas sex.
Mannæ granatæ, uncias duas.
Mellis rosati solutivi colati,
Sacchari candi, ana unciam unam.
Hermodactylorum, unciam dimidiam.
Sacchari albissimi, uncias decem semis.
Saccharo ad Electuarii solidi consistentiam cocto, & adhuc calenti, Mel, Manna, & Cydoniatum permisceantur; tum addantur pulveres, ut F. Electuarium solidum, in Tabellas formandum sæpe.

Diaphœnicon.

℞. Pulpæ dactylorum mundatorum, in hydromelite coctæ, & cribro cretæ, libram semis.
Penidiorum recentium, uncias tres.
Amygdalarum dulcium excorticatarum, uncias tres semis.
Contusis, & permistis omnibus adde
Mellis despumati, libram unam.
Paulùm coquantur, ac deinde inspergе
Zingiberis,
Piperis longi,
Macis,

Cinnamomi,
Fol. Rutæ ficcorum,
Sem. Fœniculi,
Dauci, ana drachmas duas.
Turpeti tenuissimè triti, uncias quatuor.
Diagrydii, unciam unam semis.
Fiat Electuarium f. a.

Diaprunum Lenitivum.

℞. Pruna Damascena, recentia, & matura, numero centum.
Coquantur in modica aquæ quantitate donec tabescant. Tum ab igne deposita, & paulisper refrigerata Pulpa, per cribrum trajiciatur, & reservetur. In percolato liquore incoque clementiùs
Florum Violarum unciam unam; & in colatura dissolve
Sacchari libras duas, & coque in Syrupum: Dein adde
Pulpæ prædictæ libram semis.
Pulpæ Cassiæ,
Tamarindorum, cum exigua quantitate ipsius decocti dissolutorum & colatorum, ana unciam unam.
Coque denuo leni foco, continuò agitando. Tum permisce pulveres sequentes,
Santali albi,
rubri,
Rhabarbari, ana drachmas tres.
Rosarum rubrarum,
Violarum,
Sem. Portulacæ,

Sca-

Scariolæ,
Berberis.
Gum. Tragacanthæ,
Suc. Glycyrrhizæ, ana drachmas duas.
Sem. quatuor frigidorum majorum mundat. ana drachmam unam.
Fiat Electuarium ſ. a.

Diaprunum Solutivum.

℞. Diapruni Lenitivi adhuc recentis, & tepentis, libras quatuor.
Scammonii præparati, uncias duas, & drachmas quinque.
Miſce, & fiat Electuarium ſecundùm artem.

Catholicon.

℞. Pulpæ Caſſiæ,
Tamarindorum,
Fol. Senæ, ana uncias duas.
Rad. Polypodii,
Violarum,
Rhabarbari, ana unciam unam.
Sem. Aniſi,
Penidiorum,
Sacchari candi,
Glycyrrhizæ,
Sem. Cucurbitæ,
Citrulli,
Cucumeris,
Melonum, ana drachmas duas.
Conterenda conterantur & ſume Polypodii recentis contuſi uncias tres,
Sem. Fæniculi, drachmas ſex.
Fiat decoctio in libris quatuor aquæ fontanæ, ad tertiæ partis abſumptionem.

Colentur, & colaturæ adde
Sacchari optimi, libras duas.
Coquantur iterum ad Syrupi ſpiſſitudinem, Tum pulpis Caſſiæ & Tamarindorum, in parte decocti ſolutis, ignique impoſitis, affunde ſenſim ſyrupum; dein adde pulveres, ut fiat Electuarium ſ. a.

Electuarium de citro ſolutivum.

℞. Corticis Citri conditi,
Conſer. Flor. Violarum,
Bugloſſi,
Spec. Diatragacanthi frigidi,
Diagrydii, ana unciam dimidiam.
Turpeti, drachmas quinque.
Zingiberis, drachmam dimidiam.
Fol. Senæ, drachmas ſex.
Sem. Fœniculi dulcis, drachmam unam.
Sacchari albi in aqua Roſarum ſoluti, & ex arte cocti, uncias decem.
Terantur in Mortario æneo Turpetum, Zingiber (prius minutim ſecta) Fœniculum & Sena, ac ſeorſim Diagrydium, quod miſcendum cum pauco pulvere Diatragacanthi recèns facto. In mortario marmoreo contunde corticem Citri, dein adde conſervæ, ac per cribrum tranſadige, eaſdemque in Saccharo ſoluto aliquantùm coque. Ablatis ab igne, ùbi intepuerint, injiciatur paulatim pulvis; poſtremò autem Diagrydium, & Diatragacanthum, Ex hac Paſta fiant Tabellæ.

Ele-

Electuarium ex Elleboro, sive Helleborismus.

℞. Rad. Ellebori albi inciſarum, libram unam.

Aquæ font. libras duodecim.

Macera totum triduum; dein coque ad medietatis exhalationem factáque cum valida expreſſione colaturâ, adde Mellis libras tres, & recoque ad melleam conſiſtentiam. Hoc Electuarium, vitreo vaſe exceptum, uſui reponatur.

Confectio Hamech.

℞. Corticum Myrobalanorum citrinarum, uncias duas.

Chebularum,

Nigrarum,

Violarum,

Pulpæ Colocynthidos,

Polypodii quercini, ana unciam unam ſemis,

Abſinthii,

Thymi, ana unciam dimidiam.

Sem. Aniſi,

Fœniculi,

Flor. Roſarum rubrarum, ana drachmas tres.

Tuſa omnia macerentur, per diem, in ſeri lactis libris ſex; deinde coquantur ad medias, & exprimantur; Colatis adde

Succi Fumariæ,

Pulpæ prunorum, & paſſularum, ana libram dimidiam,

Sacchari albi,

Mellis despumati, ana libram unam.
Coquantur ad Mellis crassitiem, inspergendo sub finem.
Agarici trochiscati,
Fol. Sennæ tritorum, ana uncias duas.
Rhabarbari triti, unciam unam semis.
Epithymi, unciam unam.
Diagrydii, drachmas sex.
Cinnamomi, unciam dimidiam.
Zingiberis, drachmas duas.
Sem. Fumariæ,
Anisi,
Spicæ Nardi, ana drachmam unam.
Fiat Electuarium s. a.

Electuarium Lenitivum.

℞. Passularum exacinatarum,
Polypodii quercini recentis,
Sennæ Orientalis, ana uncias duas.
Mercurialis, manipul. unum semis.
Jujubarum,
Sebesten, ana numero viginti.
Capillorum Veneris,
Violarum,
Hordei mundati, ana manipulum unum.
Prunorum Damascenorum,
Tamarindorum, ana drachmas sex.
Glycyrrhizæ, unciam dimidiam.
Coquantur s. a. in aquæ libris decem ad tertiæ partis dissipationem tum valida expressione colentur; in colaturæ tepentis parte solve,
Pulpæ Cassiæ,
Tamarindorum,

Pru-

Prunorum recentium,
Sacchari violati, ana uncias ſex.
In reliqua parte diſſolve, Sacchari optimi, libras duas.
Ultimò adde pulveris foliorum Sennæ, unciam unam ſemis.
Sem. Aniſi pulv. drachmas duas
Pro qualibet libra Electuarii: Sicque in formam Electuarii redigantur ſ. a.

Electuarium Paſſulatum.

℞. Radic. recentium Polypodii quercini uncias tres.
Fol. Sennæ,
Radicum Althææ recentium ana uncias duas.
Sem. Aniſi, drachmas duas.
Omnia infundantur in aquæ fontanæ q. ſ. in vaſe vitreato, & coquantur ſ. a. deinde fiat expreſſio; co'aturæ adde
Pulpæ paſſularum, per ſetaceum tranſmiſſarum, libram dimidiam.
Sacchari albi,
Mannæ, ana uncias quatuor.
Coquantur rurſus ad Cydoniati craſſitudinem, & quater in anno renovetur.

Electuarium è Succo Roſarum.

℞. Sacchari,
Succi Roſarum rubrarum in Sole depurati, ana libram unam, & uncias quatuor.
Trium Santalorum, ana ſemunciam.
Maſtiches, drachmas tres.
Diagrydii drachmas duodecim.
Camphoræ, ſcrupulum unum.

Santala raſpanda, & dein accuratè pulveranda, ac per ſetaceum ſubtile trajicienda: iis adjunge Diagrydium ſeorſim pulveratum cum guttâ olei amygdal. dulcium: dein admiſce Camphoram ſimiliter in pulverem redactam, & Maſtichen ſubtiliter pulveratam. Demum cum ſucco roſarum cum Saccharo in Syrupum cocto, & etiamnum tepido, F. Electuarium ſ. a.

Hiera Picra ſimplex.

℞. Cinnamomi,
Macis,
Rad. Aſari,
Spicæ Nardi,
Maſtiches,
Croci, ana drachmas ſex.
Aloës non lotæ, uncias duodecim ſemis.
Mellis deſpumati, libras quatuor & uncias tres.
Miſce, & fiat Electuarium ſ. a.

Species etiam ſeorſim ſerventur in Officinis.

Hiera cum Agarico.

℞. Specierum Hieræ ſimplicis ſine Aloë.
Agarici trochiſcati, ana unciam dimidiam.
Aloës non lotæ, unciam unam.
Mellis deſpumati, uncias ſex.
Miſce, fiat Electuarium ſ. a.

Hiera Logadii.

℞. Pulpæ Colocynthidos,
Polypodii, ana drachmas duas.
Euphorbii,

Po-

Polii montani,
Sem. Thymelææ, ana drachmam unam.
semis, & grana sex.
Absinthii,
Myrrhæ, ana drachmam unam, & grana duodecim.
Centaurii minoris,
Agarici trochiscati,
Gum. Ammoniaci,
Folii, seu Macis,
Spicæ Nardi,
Scillæ præparatæ,
Diagrydii, ana drachmam unam.
Aloes,
Cymarum Thymi,
Chamædryos,
Casiæ lignææ,
Bdellii,
Marrubii, ana scrupulum unum & grana quatuordecim.
Cinnammomi,
Opopanacis,
Castorei,
Aristolochiæ longæ,
Trium piperum,
Croci,
Sagapeni,
Petroselini, ana drachmas duas.
Ellebori nigri, &
albi ana grana sex.
Mellis despumati, libram unam semis.
Misce, & fiat Electuarium s. a.

Species etiam seorsim reservetur in Officinis.

Tes

Terantur radices & cortices, mox herbæ, fructus & sem. Petrosel. tum Castoreum & Bdellium. Seorsim pulverentur Euphorbium, Aloë, Myrrha, Crocus, & Diagrydium cum guttulis aliquot olei amyg. dulc. atque similiter Colocynthis incisa. Gummi solvantur cum vino, dein colentur, & coquantur ad Mellis spissitudinem, & in Melle despumato, & etiamnum calente dissolvantur: demum paulatim adjiciantur pulveres: fiatque Electuarium s. a.

Hiera Diacolocynthidos.

℞. Colocynthidos,
Agarici,
Chamæ ryos,
Marrubii albi,
Stœchados, ana drachmas decem.
Opopanacis,
Sagapeni,
Sem. Petroselini,
Rad. Aristolochiæ rotundæ,
Piperis albi, ana drachmas quinque.
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Myrrhæ,
Folii Indi, seu Macis,
Croci, ana drachmas quatuor.
Gummi trita mortario, cribrata cætera, excipiantur Mellis despumati libris tribus, unciis tribus, & drachmis quinque, ut fiat Electuarium s. a.

Try-

Tryphera Minor.

℞. Myrobalanorum Chebularum,
Belliricarum,
Indarum,
Emblicarum,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas quinqu.
Sem. Naſturtii,
Rad. Aſari,
Origani Perſici, ſeu Dictamni Cretici,
Piperis nigri,
Olibani,
Ammeos,
Zingiberis,
Tamariſci ſativæ,
Nardi indicæ,
Schœnanthûs.
Rad. Cyperi, ana ſemunciam.
Scoriæ ferri in aceto nutritæ, & ſiccatæ, drachmas viginti.

Myrobalani aſſentur modicùm cum butyro non ſalito; pulverata reliqua amygdalino dulci oleo involvantur. Demum adjicito
Moſchi electi, drachmam unam.
Mellis deſpumati triplum.
Et Fiat Electuarium ſ. a.

Tryphera Solutiva.

℞. Diagrydii, drachmas decem.
Turpeti optimi, ſeſquiunciam.
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Macis, ana drachmas tres.
Santali Citrini,

Gly-

Glycyrrhizæ,
Sem. Fœniculi dulcis ana ſemunciam.
Acori,
Scœnanthûs, ana drachmam.
Cortic. Citri conditi,
Roſarum rubrar. ana drachmas tres.
Violarum, drachmas duas.
Penidiorum uncias quatuor.
Sacchari albi, ſelibram.
Mellis albiſſimi in ſucco Pomorum deſpumati, libram unam.

Pulvererur Santalum, dein Turpetum & Glycyrrhiza; tum ſemina, cortices, & flores; poſtea Penidia. Interea deſpuma Mel, & ſaccharum ſimul liqua; mox admiſce pulveres, & poſtremò Diagrydium tritum, & pulveris parti commixtum: fiatque ex arte Electuarium.

PILULÆ.

Pilulæ de Agarico.

℞. Agarici Trochiſcati, drachmas tres.
Rad. Ireos noſtratis, fl. cæruleo,
Maſtiches,
Marrubii, ana drachmam unam.
Turperi, drachmas quinque.
Spec. Hieræ picræ Gal. unciam, dimidiam.
Trochiſc. Alhandal,
Sarcocollæ, ana drachm. duas.
Myrrhæ, drachmam unam.
Sapæ. q. ſ.
Fiat Maſſa, ſecundùm artem.

Pi-

Pilulæ Aggregativæ, sive Polychrestæ

℞. Myrobal. Citrinarum,
Rhabarbari, ana semunciam.
Succ. Inspissat. Eupatorii,
Agerati,
Absinthii, ana drach. duas.
Diagrydii, drachmas quinque.
Agarici,
Trochisc. Alhandal.
Polypodii rec. ana drachmas duas.
Turpeti opt.
Aloës, ana drachmas sex.
Masticbes,
Fl. Rosarum rubr.
Salis gemmei,
Epithymi,
Anisi,
Zingiberis, ana drachmam unam.
Cum Syrupo Rosarum pallidarum. F. Massa secundùm artem.

Pilulæ Aloephanginæ.

℞. Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Cardamomi min.
Nucis Moschatæ,
Macis,
Calami aromatici,
Carpobalsami, aut Bac. Juniperi,
Schœnanthûs,
Santali Citrini,
Galegæ,
Rosarum rubr. ana semunciam.
Ex his crassiusculè tritis eliciatur, cum Sp. Vini

Vini Tinctura in vase vitreo probè clauso :
in Colaturæ libris tribus, macerentur
Aloës purissimæ, libra una.
Cui dissolutæ, adde
Mastiches,
Myrrhæ, pulveratarum, ana unciam dimidiam.
Croci, drachmas duas.
Balsami Peruani, drach. unam.
Tandem, absumptâ superfluâ humiditate, super cineres calidos, aut in hypocausto, redigantur in Massam Pilularum.

Pilulæ de Aloe lotâ.

℞. Aloës cum succo Rosarum rubr. solutæ, & denuo inspissatæ unciam unam.
Agarici trochiscati, drachmas tres.
Mastiches, drachmas duas.
Sp. Diamoschi dulc. drachm. dimidiam.
Syrupi è Rosis pallidis q. s.
F. Massa s. a.

Aloe Rosatæ.

℞. Aloës Succotrinæ lucidæ pulv. uncias quatuor.
Succi Rosarum Damasc. depurati, libram unam.
Misce, digere ad Solem, vel in Balneo, donec superflua humiditas exhalaverit. Repetitis ita quater digestione, & evaporatione,
F. Massa s. a.

Pilulæ Aureæ.

℞. Aloës,
Diagrydii, ana drachmas quinque.
Rosarum rubr.

Sem.

Sem. Apii, ana drachmas duas ſemis.
Fœniculi,
Aniſi, ana drachm. unam ſemis.
Maſtiches,
Croci,
Trochiſc. Alhandal, ana drach. unam.
Trita excipiantur Mellis Roſacei colati q. ſ.
F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ Cochiæ Majores.

℞. Spec. Hieræ picræ Gal. drachmas decem;
Trochiſc. Alhandal, drach. tres & ſemis;
Diagrydii, drachmas duas ſemis.
Turpeti gummoſi,
Fl. Stœchados Arabicæ, ana drachmas quinque.
Cum Syrupi de Stœchade ſ. q. F. Maſſa. ſ. a.

Pilulæ Cochiæ Minores.

℞. Aloës lucidæ,
Scammonii puriſſimi,
Pulpæ Colocynthidos, ana unciam unam,
Trita excipiantur ſufficienti quantitate, & æqualibus partibus Syrupi Abſinthii, & de Spina Cervina: F. Maſſa ſ. a. addendo Olei ſtillat. Carophyllorum, ſcrupulos duos.

Pilulæ de Cynogloſſo.

℞. Rad. Cynogloſſi ſiccatarum,
Sem. Hyoſcyami albi,
Opii præparati, ana ſemunciam.
Myrrhæ, drachmas ſex.
Olibani, drachmas quinque.
Croci,
Caſtorei,

Sty-

Styracis calamitæ, ana drachmam unam ſemis.

Rad. Cynogloſſi, Sem. Hyoſcyami & Caſtoreum ſimul pulverentur: ſeorſim verò Myrrha, Crocus, & Olibanum, Opium minutim inciſum ſolvatur cum aqua roſacea: poſtea adjiciantur pulveres, & cum ſyrupo de Stœchade, Fiat Maſſa.

Pilulæ Diambræ.

℞. Gummi Guajaci recent.
Aloës roſatæ, ana drachm. tres.
Specier. Hieræ ſimpl. ſeſqui drachmam.
Maſtiches, drachmam unam.
Ambræ griſeæ, drachmam dimidiam.
Fiat omnium Pulvis ſubtilis, qui excipiatur ſ. q. Balſami Peruani nigri, ut F. Maſſa Pilularis.

Pilulæ ex Duobus.

℞. Colocynthidos,
Scammonii, ana unciam unam.
Olei Caryophyllorum q. ſ.
Ut optimè malaciſſentur, & ſubigantur unà: Mox cum momento ſyrupi de Spina Cervina, Fiat Maſſa.

Pilulæ de Eupatorio Majores.

℞. Succ. inſpiſſat. Eupatorii i. Agerati, Abſinthii,
Myrobalan. Citrin. ana drachmas tres.
Rhabarbari, drachmas tres ſemis.
Maſtiches, drachmam unam.
Aloës lucidæ, drachmas quinque.
Croci, drachmam dimidiam.
Myrobalanis & Rhabarbaro contuſis adde ſuccos

ſuccos inſpiſſatos, ut ſimul in pulverem redigantur. Terantur ſeorſim Aloë, Maſtiche, & Crocus; omniaque commiſcendo, cum ſyrupi è ſucco Endiviæ q. ſ. fiat Maſſa ſ. a.

Pilulæ Fœtidæ.

℞. Aloës,
Trochiſc. Alhandel,
Opopanacis,
Ammoniaci,
Sagapeni,
Myrrhæ,
Sem. Rutæ,
Epithymi, ana drachmas quinque.
Scammonii, drachmas tres.
Rad. Turpeti ſemunciam.
Eſulæ minoris preparatæ,
Hermodactylor. ana drachm. duas.
Zingiberis, drachmam unam ſemis
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Croci,
Caſtorei, ana drachmam unam.
Euphorbii præparati, ſcrup. unum.
Ol. Succini rectificati, drachmam ſemis.
Gummi in ſucco Porri ſolvantur, colentur, coquantur. Tum adjice pulveres, & probè commiſce; fiatque Maſſa cum ſyrupo facto è ſucco Porri & Saccharo.

Pilulæ de Gutta Gamandræ.

℞. Aloës opt. drachm. duas cum dimidia.
Reſinæ Guttæ Gamandræ, ſeſquidrachmam.

Scam-

Scammonii, drachmam.
Gum. Ammoniaci, drachm. unam ſemis.
Tartari Vitriolati, ſemidrachmam.
Cum Syrupo Roſarum ſolutivo,
Fiat Maſſa Pilularis.

Pilulæ de Hermodactylis.

℞. Sagapeni, drachmas ſex.
Opopanacis, drachmas tres.
Liquentur in Succi Caulium calefacti, q. ſ. & per linteum idoneum tranſmittantur; mox coquantur ad mediocrem conſiſtentiam; tunc
℞. Hermodactylorum,
Aloës,
Myrobal. Citrin.
Turpeti,
Troch. Alhandel,
Bdellii mollis & recentis, ana drachmas ſex.
Euphorbii præpar. drachmam.
Sem. Rutæ,
Apii,
Caſtorei,
Sarcocollæ, ana drachm. tres.
Croci, drachmam unam ſemis.
Cum ſyrupo è Succo Caulium facto cum melle, F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ de Hiera cum Agarico.

℞. Spec. Hieræ Picræ Gal.
Agarici, ana unciam dimidiam.
Aloës optimæ, unciam unam.
Mellis roſati, q. ſ.
F. Maſſa ſ. a.

Pi-

Pilulæ Imperiales.

℞. Aloës, uncias duas.
Rhabarbari, unciam unam & semis.
Agarici,
Fol. Sennæ mund. ana unciam.
Cinnamomi, drachmas tres.
Zingiberis, drachmas duas.
Nucis Moschatæ,
Caryophyllorum,
Spicæ Nardi,
Mastiches, ana drachmam unam.
Cum syrupo Violaceo subacta, cogantur in Massam, cum manibus oleo inunctis.

Pilulæ de Lapide Lazuli.

℞. Lapidis Lazuli pulverati, & sæpius loti, drachmas quinque.
Epithymi,
Polypodii,
Agarici, ana unciam unam.
Scammonii,
Rad. Ellebori nigri,
Salis Gemmei, ana drach. duas & semis.
Caryophyllorum,
Sem. Anisi, ana unciam dimidiam.
Spec. Hieræ simpl. Gal. drachmas quindecim.
Cum Syrupo è succo Fumariæ, Fiat Massa, s. a.

Pilulæ Macri.

℞. Aloës opt. uncias duas.
Mastiches, unciam dimidiam.
Fol. Majoranæ sicc. drachmas duas.
Salis Absinthii, drachmam unam.

Pul-

Pulverata omnia excipiantur ſ. q. ſucci Caulium ſaccharatorum, ut F. Maſſa.

Pilulæ Maſtichinæ.

℞. Maſtiches, uncias duas.
Aloës, uncias quatuor.
Agarici trochiſcati,
Sp. Hieræ ſimpl. Gal. ana unciam unam ſemis.
Cum ſyrupo Abſinthii, Fiat Maſſa ſ. a.

Pilulæ Mechoacanæ.

℞. Rad. Mechoacanæ ſemunciam.
Turpeti, drachmas tres.
Fol. Thymelææ in aceto maceratorum, & ficcatorum,
Sem. Ebuli,
Agarici trochiſcati, ana drachmas duas.
Rad. Eſulæ præparatæ,
Maſtiches, ana drachmam unam ſemis.
Macis,
Cinnamomi,
Salis gemmei, ana ſcrupulos duos.
Fiat omnium pulvis, cum vino albo ſubigendus in Maſſam; quæ ficcata teratur: & cum ſyrupo facto cum ſaccharo, & ſucco Rad. Iridis, F. denuo Maſſa pro Pilulis.

Pilulæ de Opopanace.

℞. Opopanacis,
Sagapeni,
Bdellii,
Ammoniaci,
Hermodactylorum,
Colocynthidos, ana drachmas quinque.
Croci,

Ca-

Castorei,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Piperis albi,
Casiæ ligneæ,
Myrobalanorum citrinarum, ana drachmam unam.
Scammonii, drachmas duas.
Turpeti, semunciam.
Aloës lucidæ unciam unam & semis.

Solutis lacrymis in Succo Caulium depurato, formetur Massa s. a. cum Syrupo ex Succo Caulium.

Pilulæ Rudii.

℞. Colocynthidos, drachmas sex.
Agarici,
Scammonii,
Rad. Ellebori nigri,
Turpeti, ana unciam dimidiam.
Aloës Socotrinæ, unciam unam.
Cinnamomi,
Macis,
Caryophyllorum, ana scrupulos duos.

Colocynthis à seminibus purgata minutim incidatur; Agaricus radulâ comminuatur; Elleborus, Turpetum, & Aromata crassiusculè terantur: affusoque Spir. Vini opt. q. s. ut digitis sex superemineat, blando calore quatriduum integrum Macerentur. Tum factâ colaturâ & expressione validâ, solvantur in eadem Scammonium & Aloë, priùs ritè mundata. Mox indatur liquor Alembico vitreo, ut separatâ (per defill-

la-

lationem) humiditate, remaneat materia denſa, inſtar mellis; ex qua F. Maſſa.

Pilulæ Ruffi, ſive communes.

℞. Aloës optimæ, uncias duas.
Myrrhæ el. unciam unam.
Croci, unciam dimidiam.
Excipiantur ſyrupo de Abſinthio, & F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ Sine Quibus.

℞. Aloes in ſucco Roſar. ſolutæ, & denuo exiccatæ, drachmas quatuordecim.
Scammonii præparati, drachmas ſex.
Agarici,
Rhabarbari,
Fol. Senæ mund. ana unciam ſemis.
Abſinthii,
Fl. Roſarum rubrarum exungulat.
Violarum,
Cuſcutæ,
Maſtiches, ana drachmam unam.
Salis Abſinthii, drachmam ſemis.
Seorſim pulverentur Scammonium, Aloë, Agaricus, & Maſtiche; reliquiſque adjectis, cum Syrupo facto ex Succo Fœniculi cum Melle, F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ Stomachicæ.

℞. Aloes lucidæ, drachmas ſex.
Maſtiches,
Roſarum Rubrarum, ana drachmas duas.
Cum Syrupo Abſinthii cogantur in Maſſam ſ. a.

Pilulæ Stomachicæ cum Gummi.

℞. Aloes puriſſimæ, unciam unam,

Fol.

Fol. Sennæ mundat. drachmas quinque.
Gummi Ammoniaci in Acero Sambucino liquati, unciam ſemis.
Maſtiches,
Myrrhæ, ana drachmam unam ſemis.
Croci,
Salis Abſinthii, ana drachmam dimidiam.
Cum ſyrupo è Spina Cervina, F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ è Styrace.

℞. Styracis calamitæ,
Olibani,
Myrrhæ,
Succi Glycyrrhizæ inſpiſſati,
Opii, ana ſemunciam.
Croci, drachmam unam.
Cum ſyrupo de Papavere albo, F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ De Succino.

℞. Succini albi,
Maſtiches, ana drachmas duas.
Aloes opt. drachmas quinque.
Agarici Trochiſc. drachm. unam ſemis.
Ariſtolochiæ longæ,
Cornu Cervi uſti, ana drachmam ſemis.
Nucis Moſchatæ ſcrupulum dimidium.
Cum ſyrupo de Abſinthio F. Maſſa.

Pilulæ Tartareæ.

℞. Cryſtallorum Tartari, uncias tres.
Polypodii quercini, uncias duas.
Uvarum Corinthiacarum, ſeſcunciam.
Flor. Bugloſſi,
Boraginis,
Nymphææ, ana pugil. unum,

Coque in ſ. q. Aq. Fumariæ & Scolopendrii ad dimidii abſumptionem. ℞. hujus decocti clarificati, libras duas; ſucci pomorum redolentium depurati, libram unam: iiſque adde

Fol. Senæ mund. uncias tres.
Turpeti,
Rad. Ellebori nigri veri, ana ſeſquiunc.
Myrrhæ electæ, unciam.
Macis,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Epithymi, ana ſemunciam.

Macerentur in vaſe vitreo clauſo in B. M. quatriduum integrum: tum fiat expreſſio; in qua diſſolve Aloës præp. uncias quatuor; & igne lento reducantur ad debitam ſpiſſitudinem: dein fere refrigeratis adjunge

Spec. Lætificantis,
Dialaccæ, ana drachmam.
Salis Abſinthii,
Fraxini, ana drachmas duas.
Eſſentiæ Croci, ſcrupulos duos.
Olei Aniſi guttulas aliquot.

F. Maſſa Pilularis.

Pilulæ Dictæ ex Tribus.

℞. Maſtiches uncias duas.
Aloës, uncias quatuor.
Agarici,
Sp. Hieræ ſimpl. ana ſeſquiunciam.
Rhabarbari electi, uncias duas.
Cinnamomi, drachmas duas.

Cum ſyrupo è Cichorio, F. Maſſa Pa-

Laudanum.

℞. Opii Thebaici extracti in ſp. Vini, unciam unam.
Croci ſimiliter extracti, drachmam unam ſemis.
Caſtorei, drachmam unam.
Excipiantur tinctura ſemunciæ ſpec. Diambræ recentium in ſpiritu Vini factâ. Mox adde
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana grana ſex.
Olei Nucis Moſch. guttas decem.
Deinde, evaporatione factâ ad tepidum Balnei calorem, F. Maſſa.

Nepenthes Opiatum.

℞. Tincturæ Opii cum Aceto deſtillato primùm, deinde cum ſp. Vini paratæ,
Extracti Croci per Vini ſpiritum, ana unciam unam.
Salis perlarum,
Corallorum, ana ſemunciam.
Tincturæ ſpecierum Diambræ, drachmas ſeptem.
Ambræ griſeæ, drachmam unam.
Miſce: Coagula ad formam Pilul. lento Balnei calore.

TROCHISCI.

Trochiſci de Abſinthio.

℞. Flor. Roſarum rubrarum,
Fol. Abſinthii,

Sem. Aniſi, ana drachmas duas.
Succi inſpiſſati Eupatorii, i. Agerati,
Rad. Aſari,
Spicæ Nardi,
Rhabarbari,
Sem. Apii,
Amygdalarum amararum,
Maſtiches,
Macis, ana drachmam unam.
Succi Cichorii, q. ſ. F. Trochiſci ſecundùm artem.

Agaricus Trochiſcatus.

℞. Agarici albi & levis, radulâ comminuti, & per cribrum trajecti, uncias tres. Macera in ſ. q. Vini albi generoſi, in quo Zingiberis drachmæ duæ infuſæ fuerint, & F. Trochiſci.

Trochiſci albi Rhaſis.

℞. Ceruſſæ Aquâ Roſar. lotæ drach. decem.
Sarcocollæ, drachmas tres.
Amyli, drachmas duas.
Gum. Arabici,
Tragacanthæ, ana drachmam unam.
Camphoræ, drachmam ſemis.
Excipiantur omnia Aquâ Roſ. vel Lacte muliebri, & F. Trochiſci ſ. a.

Trochiſci Alexiterii.

℞. Rad. Zedoariæ,
Pulv. è chelis Cancrorum, ana drachmam unam & ſemis.
Cort. exter. Citri ſiccè condit.
Sem. Angelicæ, ana drachmam unam.

Boli Armenæ, drachmam dimidiam,
Sacchari cryſtallini, triplum pondus omnium.

F. Pulvis ſubtiliſſimus, & cum ſ. q. mucilaginis gum. Tragacanthæ in Aq. Theriacali ſtillat. extractæ, F. Paſta, ex qua formentur Trochiſci.

Trochiſci Alhandal.

℞. Pulpæ Colocynthidos albæ & levis, à ſeminibus liberatæ, minutim conciſæ, cum unciis una olei amygdal. dulc. confricatæ & denique poſt bidui moram accuratè pulveratæ, uncias decem.

Gum. Arabici,
Tragacanthæ,
Bdellii, ana drach. ſex.

Macerentur Gummi per triduum, aut quatriduum, in ſ. q aquæ Roſaceæ, ut planè liqueſcant: deindè, cum pulpa dicta, & parte iſtius mucilaginis, F. Trochiſci: qui, in umbra ſiccati, denuo terantur, & cum reliqua mucilagine refingantur; ſiccandi, & ſervandi ad uſum.

Trochiſci Aliptæ Moſchatæ.

℞. Labdani puriſſ. triti, uncias tres.
Styracis calamitæ, unciam unam ſemis.
Benzoini, unciam unam.
Ligni Aloës, drachmas duas.
Ambræ griſeæ, drachmam unam.
Camphoræ, drachmam dimidiam.
Moſchi, ſcrupulum dimidium.
Labdanum in mortario æneo cum piſtillo

ferreo, amygdalâ tritâ inuncto, & utroque calente, cum pauca aqua roſarum terendum & agitandum, donec probè ſolutum fuerit: tum adjice Styracem & Benzoinum, quæ agita conſimili modo. Dein immitte Lignum Aloës pulveratum: mox Camphoram, Moſchum, & Ambram, ſimul ſoluta in aqua Roſarum, in alio mortario. Ex Paſta, ubi ſemi-refrixerit, forma Trochiſcos, ſ. a.

Trochiſci Alkekengi.

℞. Fructuum Alkekengi, drachmas tres.
Gum. Arabici,
Tragacanthæ,
Olibani,
Nucleorum Pini,
Amygdalarum amararum,
Amyli,
Succi Glycyrrhizæ,
Boli Armenæ,
Sem. Papaveris albi, ana drachmas ſex.
Melonum,
Cucumeris,
Citrulli,
Cucurbitæ, ana drachmas tres ſemis.
Apii,
Hyoſcyami albi,
Succini albi,
Terræ Lemniæ,
Opii, ana drachmas duas.
Cum Succo recentium Fructuum Halicacabi, F. Trochiſci, ſ. a.

Tro-

Trochiſci Bechici Albi, vel, Rotulæ Pectorales.

℞. Sacchari puriſſimi, libram unam.
Candi albi,
Penidiati, ana uncias quatuor.
Rad. Iridis Florentinæ, unciam dimidiam.
Glycyrrhizæ, drachmas ſex.
Amyli, ſeſquiunciam.
Cum ſ. q. Mucilaginis Tragacanthæ Aquæ Roſarum extractæ, fiant Trochiſci parvi.

Pro re nata, poterunt addi Ambra, & Moſchus: nempe illius, grana quatuor; hujus autem, tria.

Trochiſci Bechici Nigri.

℞. Succi Glycyrrhizæ,
Sacchari albiſſ. ana drachmas decem.
Tragacanthæ,
Amygdalarum dulc. mundat. ana drachmas ſex.
Cum ſ. q. Mucilaginis Sem. Cydoniorum cum Aqua Roſarum extractæ, fiant Trochiſci ſ. a.

Trochiſci de Berberis.

℞. Succ. inſpiſſat. Berberis,
Glycyrrhizæ,
Scobis Eboris,
Sem. Portulacæ, ana drachmas tres.
Roſarum rubrarum, drachmas ſex,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Amyli,
Tragacanthæ, ana drachmam unam.

Sem. Citrulli mundat. drachmas tres & ſemis.
Camphoræ, drachmam dimidiam.
℞. Tamarindorum drachmas duas. Coque in aquæ Roſarum unciis duabus. In colatura diſſolve Mannæ, drachmas duas: dein addantur Pulveres & F. Trochiſci ſ. a.

Trochiſci de Camphora.

℞. Camphoræ, drachmam dimidiam.
Croci, drachmas duas.
Amyli, drachmas tres.
Roſarum rubrarum,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Scobis Eboris, ana ſemunciam.
Sem. Cucumeris mund.
Portulacæ,
Glycyrrhizæ raſæ, ana unciam unam.
Cum Mucilagine Sem. Pſyllii Aquâ Roſarum extracta, Fiant ſ. a. Trochiſci.

Trochiſci de Capparibus.

℞. Corticum radicum Capparum drachmas ſex.
Sem. Agni caſti,
Gum. Ammoniaci, ana ſemunciam.
Sem. Naſturtii,
Nigellæ,
Fol. Calaminthæ,
Rutæ,
Rad. Acori,
Ariſtolochiæ longæ,
Succi inſpiſſati Eupatorii, i.
Agerati,

Amyg-

Amygdalarum amararum, ana drachmas duas.
Fol. Scolopendrii,
Rad. Cyperi rotundi,
Rubiæ tinctorum,
Gum. Laccæ, ana drachmam unam.

Trita omnia excipiantur Ammoniaco in aceto acerrimo ſoluto & ad mellis conſiſtentiam cocto, fiantque Trochiſc. ſ. a.

Trochiſci de Carabe.

℞. Carabes, unciam unam.
Cornu cervi, uſti,
Gum. Arabici, uſti,
Corallii rubri, uſti,
Tragacanthæ,
Acaciæ,
Hypociſtidos,
Balauſtiorum,
Maſtiches,
Laccæ lotæ,
Sem. Papaveris nigri, aſſi, ana drachmas duas & ſcrupulos duos.
Thuris,
Croci,
Opii, ana drachmas duas.

Cum ſ. q. Mucilaginis Sem. pſyllii aquâ Plantaginis extractæ, Fiant Trochiſci ſ. a.

Trochiſci Cypheos pro Mithridatio.

℞. Pulpæ Uvarum paſſarum pinguium, à Cortice & acinis probè mundatæ.
Terebinthinæ Cypriæ, ana uncias tres.
Myrrhæ,
Scœnanthûs, ana unciam unam & ſemis.

Cinnamomi, unciam dimidiam.
Calami Aromatici, drachmas tres.
Rad. Cyperi rotundi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Caſiæ ligneæ,
Baccarum Juniperi,
Bdellii unguinoſi,
Aſpalathi, ſive Ligni Aloës, ana drachmas duas ſemis.
Croci, drachmam unam.
Mellis optimi deſpumati, q. ſ.
Vini Canarini momentum.

Myrrha & Bdellium terantur in mortario cum Vino, ad craſſitudinem liquidi mellis. Addatur mox Terebinthina, dein pulpa Paſſularum, tum Pulveres: Omnia demum excipiantur melle deſpumato optimè cocto, coganturque in Maſſam, ex qua fiant Trochiſci.

Trochiſci de Eupatorio.

℞. Succi Eupatorii (i. Agerati) depurati & inſpiſſati,
Mannæ Calabrinæ, ana unciam unam.
Roſarum rubrarum, unciam dimidiam.
Spodii ex ebore, drachmas tres & ſemis
Rad. Spicæ Nardi, drachmas tres.
Rhabarbari,
Aſari,
Sem. Aniſi, ana drachmas duas.

Terantur ſimul Nardus inciſa, Aniſum, & Roſæ; ſeorſim pulverentur ſubtiliter Spodium, Aſarum, & Rhabarbarum. Dein commiſtis Mannâ & ſucco Eupatorii in mor-

mortario, addantur Pulveres; & cum novo ſucco, formentur Trochiſci.

Trochiſci de Gallia Moſchata.

℞. Ligni Aloës, drachmas quinque.
Ambræ griſeæ, drachmas tres.
Moſchi, drachmam unam.
Cum Mucilagine Tragacanthæ extracti cum Aqua Roſarum, Fiant Trochiſci ſ. a.

Trochiſci Gordonii.

℞. Sem. 4. frigid. maj. excort.
Papaveris albi,
Malvæ,
Bombacis,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Bac. Myrtillorum,
Gum. Tragacanthæ,
Arabici.
Piſtaciorum,
Nucleorum Pini mundat.
Sacchari candi,
Penidiorum,
Glycyrrhizæ mundatæ,
Hordei mundati,
Mucilag. Sem. Pſyllii,
Amygdalarum dulc. excorticatarum,
ana drachmas duas.
Boli Armenæ,
Sanguinis Draconis,
Spodii ex Ebore,
Roſarum rubrarum,
Myrrhæ, ana unciam dimidiam.
Cum ſ. q. Hydromelitis, fiant Trochiſci ſ. a.

Tro-

Trochiſci Hedycroi Gal. ad Theriacam.

℞. Ligni Aſpalathi, ſive Santali citrini,
Fol. Majoranæ,
Mari,
Rad. Aſari, ana drachmas duas.
Phu Pontici,
Coſti,
Calami aromatici,
Ligni Aloës.
Cinnamomi,
Scœnanthûs,
Opobalſami, aut Olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem, ana drachmas tres.
Caſiæ Lignæ,
Fol. Malabathri, ſeu Macis.
Spicæ Nardi indicæ.
Myrrhæ,
Croci, ana drachmas ſex.
Amomi, aut Cardamomi min. unciam unam & ſemis.
Maſtiches, drachmam unam.
Vini Canarini, q. ſ.

Myrrha diſſolvatur in Vino, mox Crocus & Maſtiche probè trita adjiciantur, deinde Opobalſamum; tum reliqua in pulverem redacta admiſceantur, vino ſubinde affuſo, fiantque Trochiſci craſſiuſculi; in furno, poſt exemptum panem, leniter ſiccandi.

Trochiſci Hyſterici.

℞. Aſæ fœtidæ,
Galbani, ana drachmas duas ſemis.

yr-

Myrrhæ, drachmas duas.
Caſtorei, drachmam unam ſemis.
Rad. Aſari,
Ariſtolochiæ longæ,
Fol. Sabinæ,
Matricariæ,
Nepetæ, ana drachmam unam.
Dictamni, drachmam dimidiam.

Gummi, in ſucco vel decocto Rutæ maceratis, colatis & ad mellis craſſitiem coctis, adjiciantur reliqua tenuiſſimè pulverata: fiántque Trochiſci ſ. a.

Trochiſci de Ligno Aloes.

℞. Xyloaloës,
Roſarum rubrarum, ana drachmas duas.
Maſtiches,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Nucis Moſchatæ,
Sem. Paſtinacæ,
Cardamomi majoris,
minoris,
Cubebarum,
Galliæ Moſchatæ,
Cortic. Citri,
Macis, ana ſeſquidrachmam.
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana ſcrupulum ſemis.

Cum Mellagine Paſſularum, fiant Trochiſci.

Trochiſci è Myrrha.

℞. Myrrhæ drachmas tres.
Farinæ Lupinorum, drachmas quinque.

Rad,

Rad. Rubiæ tinctorum,
Fol. Rutæ,
Mentaſtri,
Dictamni Cretici,
Sem. Cymini,
Aſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis, ana drachmas duas.
Liquentur Gummi in Vino decoctionis Artemiſiæ, aut granorum Juniperi, & adjectis cæteris, cum ſucco Artemiſiæ, fiant Trochiſci ſ. a.

Sief de Plumbo.

℞. Plumbi uſti & loti,
Æris uſti,
Antimonii,
Tutiæ lotæ,
Gum. Arabici,
Tragacanthæ, ana unciam unam.
Opii, drachmam dimidiam.
Tere, cribra, & cum Aq. Roſar. q. ſ. fiant Trochiſci.

Trochiſci Polyidæ, ſeu Sphragis Andromachi.

℞. Flor. Mali Punici, i. Cytinorum, drachmas duodecim.
Aluminis ſciſſilis, vel rupei, drachmas tres.
Thuris,
Myrrhæ, ana unciam dimidiam.
Chalcanthi, drachmas duas.
Fellis Taurini, drachmas ſex.
Aloës, unciam unam.

Vini

Vini auſteri, vel ſucci Solani, aut Plantaginis, q. ſ. Fiant Trochiſci ſ. a.

Trochiſci Ramich.

℞. Succor. Acetoſæ, uncias ſedecim.
Roſarum rubrarum, unciam.
Agreſtæ, ſive Omphacii, drachmas ſeptem.
Baccarum Myrti, uncias duas.
Ferveſiant leviter & colentur.
Colatis adde
Nucum Cupreſſi recent. optimè tritarum, uncias tres.
Coque iterum aliquantiſper; tum inſpergatur ſequentium ſpecierum minutiſſimus pulvis.
℞. Roſarum rubrarum unciam.
Santali Citrini, drachmas decem.
Gummi Arabici, ſeſquiunciam.
Pulpæ Sumach, ſive ſeminum Rhois.
Spodii ex Ebore, ana unciam.
Succi Granorum Myrti, uncias quatuor,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ, ana unciam dimidiam.
Miſce omnia diligenter, & extende in ſcutella lapidea, ut exiccentur; exiccata rurſus in tenuiſſimum pulverem rediguntur: & formentur Trochiſci parvuli cum Camphoræ ſcrupulis quatuor, & q. ſ. Aquæ Roſarum rubrarum. Trochiſci hi aromatizari poſſunt Moſchi granis octodecim.

Tro-

Trochiſci de Rhabarbaro.

℞. Rhabarbari electi, drachmas decem.
Succi Eupatorii, (i. Agerati) condenſati,
Amygdalarum amararum ana unciam
dimidiam.
Roſarum rubrarum, drachmas tres.
Rad. Aſari,
Rubiæ tinctorum,
Spicæ Indicæ,
Fol. Abſinthii,
Fol. Aniſi,
Apii, ana drachmam unam.
Cum Vino decoctionis Abſinthii, vel Succo
Eupatorii depurato, Fiant Trochiſci ſ. a.

Trochiſci de Santalis.

℞. Santalorum trium, ana unciam unam.
Sem. Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Portulacæ.
Spodii ex Ebore, ana ſemunciam.
Roſarum rubrarum, drachmas ſeptem.
Succi Berberis drachmas ſex.
Boli Armenæ, unciam ſemis.
Camphoræ, drachmam unam.
Cum Aqua Portulacæ, fiant Trochiſci.

Trochiſci de Scilla ad Theriacam.

Scillam initio Julii collectam, poſtquam folia & ſcapus aruerint, mediæ magnitudinis, plenam, candidam, cortice exteriore detracto, & parte duriore, cui radiculæ adhærent, adjectâ; farinâ tritici ſubactâ in-

involves, & in clibano coques donec farina probè ſiccata ſit eáque perforatâ ſtylo ligneo (vel potiùs feſtucâ) experieris, an Scilla undique tenera ſit. Exemptam in mortario diligenter teres, eique admiſcebis farinæ Orobi albi, vel Ciceris rubri, tenuiſſimè cribrati, uncias octo, ad ſingulas Scillæ libras; & formabis in Trochiſcos ponderis drachmarum duarum, (manibus Roſaceo inunctis) & ſiccabis in ſuperiore parte ædium, meridiem ſpectante, in umbra, ſæpius obvertendo, donec probè ſiccati fuerint: demum repone in vaſe ſtanneo puro, vel vitreo.

Trochiſci de Spodio.

℞. Roſarum rubrarum, drach. duodecim.
Eboris uſti, drachmas decem.
Sem. Acetoſæ, drachmas ſex.
Portulacæ,
Coriandri, in aceto macerat. & torrefact.
Pulpæ Sumach, ana drachmas duas ſemis.
Amyli toſti,
Balauſtiorum,
Berberis, ana drachmas duas.
Gum. Arabici aſſi, drachmam unam ſemis.
Cum Succo Uvarum immaturarum, fiant Trochiſci.

Trochiſci de Terra Lemnia.

℞. Terræ Lemniæ, ſive ſigillatæ,
Boli Armenæ,
Acaciæ,
Hypociſtidis,

Gum.

Gum. Arabici toſti,
Sanguinis draconis,
Amyli toſti,
Roſarum rubrarum,
Antheræ, ſeu Sem. Roſarum rubrarum,
Lapidis Hæmatitis,
Corallii rubri,
Succini,
Balauſtiorum,
Spodii ex Ebore,
Sem. Portulacæ parùm toſtorum,
Olibani,
Cornu Cervi, uſti,
Nucum cupreſſi,
Croci, ana drachmas duas.
Sem. Papaveris nigri,
Tragacanthæ,
Margaritarum, ana ſeſquidrachmam.
Opii præparati, drachmam unam.
Cum ſuco Plantaginis, fiant Trochiſci.

Sief de Thure.

℞. Thuris,
Lapidis Calaminaris,
Pompholigos, ana drachmas decem.
Ceruſſæ, uncias quinque.
Gum. Arabici,
Opii, ana drachmas ſex.
Cum aqua limpida, vel mucilagine Fænugræci, fiant Paſtilli, ſiccandi, & ſervandi uſui.

Trochiſci è Violis Solutivi.

℞. Fl. Violarum modicè ſiccat. drach. ſex.
Turpeti gummoſi, unciam unam ſemis.

Succi

Succi Glycyrrhizæ,
Scammonii,
Mannæ, ana drachmas duas.

Violis bene contuſis adde Mannam & Succum Glycyrrhizæ; dein Turpetum ſubtiliſſimè pulveretur, & Scammonium. Ex his optimè mixtis F. Trochiſci, cum momento ſyrupi Violarum, ſi opus ſit.

Trochiſci de Vipera ad Theriacam.

℞. Carnis Viperinæ, detractâ cute exemptis interaneis & adipe, abjectis capitibus & caudis, cum anetho, ſale pauco, & aquâ coctæ, uncias octo.
Panis triticei puriſſimi, aut potiùs biſcocti, triti, & cribrati, uncias duas.

Formentur Trochiſci parvuli, inungendo manus Opobalſamo, vel oleo Nucis Moſchatæ per expreſſionem. Siccentur ſuper cribrum inverſum, loco libero ventóque perflabili, ſæpe eos vertendo, donec probè exſiccati, fuerint: deinde in pyxidem vitream, aut figulinam vitreatam bene obturatam reponendi. Durant annum integrum; tamen longè meliùs fuerit, haud multò poſtquam eos confeceris, Theriacam adornare.

Trochiſci Viticis, ſive Agni Caſti.

℞. Sem. Viticis, ſeu Agni caſti.
Lactucæ,
Fl. Roſarum rub.
Balauſtiorum, ana drachmam unam.
Scobis Eboris.
Succini albi,

Bo-

Boli Armenæ in Aqua Centinodiæ lotæ, drachmas duas.
Sem. Plantaginis, ſcrupulos quatuor.
Ligni Saſſafras, ſcrupulos duos.
Cum Mucilagine Sem. Cydoniorum in Aqua Nenupharis extractâ fiant Trochiſci.

OLEA.

OLEA SIMPLICIA PER EXPRESSIONEM.

Oleum Amygdalarum Dulcium.

℞. Amygdalas dulces, recentes ſiccas, quot volueris.

Fracto, & abjecto cortice exteriore lignoſo, & exutâ interiore membranâ, terantur in mortario lapideo, & prelo exprimatur paulatim oleum, ſine vi caloris.

Oleum Amygdalarum Amararum.

Fit eodem modo, ut Amygdalarum dulcium; niſi quòd hîc demptâ interiore membranâ opus non ſit; nec in exprimendo tantus metus à calore.

Oleum Avellanarum.

Paratur ex nucleis Avellanarum mundatis, tritis, calefactis, & expreſſis, ut in illo Amygdalarum dulcium.

Simili modo

Elicitur oleum Balaninum, vel de Been, ex Balano Myrepſica: & Oleum Nucis Moſchatæ,

ſchatæ, ex Nucis cognominis nucleo; uti Oleum Macis, ex ejuſdem Nucis cortice ſecundo reticulari.

Oleum Caryinum.

Paratur ſimiliter, ex nucleis Juglandium.

Oleum Chryſomelinum.

Paratur per expreſſionem, ex nucleis Mali Armenii: quo modo etiam fiunt Olea ex nucleis Ceraſorum, Mali Perſici, Pineis, Piſtaciorum, & Prunorum: nec non ex Seminibus Aurantiorum, Cannabis, Carthami, dictum Cnicinum; Citrii, Cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli, Ebuli, Hyoſcyami, Lactucæ, Lini, Melonum, Papaveris, Petroſelini, Raphani, Rapi; Ricini, dictum Oleum Cicinum, Recininum & de Kerva; Seſami, dictum Seſaminum; Sinapi, & ex Uvarum acinis, &c.

Oleum Laurinum.

℞. Baccarum Lauri maturarum, & paucis antè diebus decerptarum, q. v.
Tritæ coquantur in aquæ q. ſ. & torculari exprimantur.

Expreſſas fæces iterum tere & affuſâ aquâ calente, ut priùs, exprime. Demum Oleum aquæ ſupernatans ſepara ſ. a. Sed ſenſim exoleſcere cœpit, ex quo Fortunatæ Inſulæ ſuum tranſmiſerunt.

Oleum Olivarum Commune.

Exprimitur ex Olivis maturis; ſed è carne ſive pulpâ, non è nucleis.

Oleum

Oleum Omphacinum, sive Omotribes.

Fit ex pulpa Olivarum, sed ante maturitatem.

Oxyrrhodinum.

Fit ex quatuor aut quinque partibus Olei Rosacei, & unâ Aceti.

Oleum ex Vitellis Ovorum.

℞. Vitellos ovorum gallinaceorum recentium ad duritiem elixatos, quot volueris.

Manibus vel pistillo in mortario comminutos, cautè, nè adurantur, frige, & spatula lignea agita in sartagine figulina vitreata, donec rufescant, & pinguedinem quandam exudent. Calentes sacculo lineo, Vino aromatico irrorato, inde, & prelo exprime Oleum s. a.

OLEA SIMPLICIA PER INFUSIONEM VEL DECOCTIONEM.

Oleum Rosaceum Omphacinum.

℞. Rosarum rubrarum immaturarum, exungulatarum, & pistillo ligneo in mortario lapideo contusarum, uncias quatuor.

Olei

Olei Omphacini aliquoties loti, libram unam.

Soli ardenti expone, in vaſe vitreo arctè clauſo, per integram ſeptimanam, & concute quotidie. Dein leniter coque in Balneo, & exprime; Roſiſque abjectis, recentes injice; quibus ſimiliter habitis, fiat idem tertiò; & ſervetur Oleum ſuper ſucci Roſarum libram unam.

Oleum Roſaceum Completum.

Fit eodem modo, ex Oleo dulci & maturo ſæpè loto; & ex Roſis rubris expanſis, contuſis, inſolatis, & leviter in duplici vaſe decoctis: ità tamen, ut tertia inſolatio in quadrageſimum producatur diem, illoque exacto, ſervetur Oleum cum Roſis ſuæ expreſſione.

Eodem modo fiunt

OLEUM ABSINTHITES, ex comarum ter repetitarum Abſinthii vulgaris unciis quatuor, & Olei maturi libris tribus; ſic tamen, ut ultimâ vice addantur unciæ quatuor ſucci Abſinthii, qui lentâ coctione evaporandus eſt.

OLEUM ANETHINUM, ex Olei completi librâ unâ; florum & frondium Anethi unciis quatuor ter renovatis.

OLEUM de CASTOREO, Ex Caſtorei uncia una, Olei libra una, & Vini generoſi unciis duabus. Caſtoreum pulveratum Vino biduum infundatur: dein addatur Oleum, & coque ad Vini abſumptionem fiátque colatura.

OLEUM

OLEUM CHAMÆMELINUM (quòd non uni Sanctum dicitur) ex Oleo completo, & Chamæmeli floribus (demptis albis foliolis) recentibus, concisis, tusis, tectóque, simplici linteo, vase insolatis, & expressis; & ter demum (ut in præcedentibus) redintegratâ operâ.

OLEUM CHEIRINUM, sive Keirinum, ex floribus Keiri i. Leucoii lutei, & oleo completo; ut Oleum Anethinum.

OLEUM CYDONIORUM, sive Melinum, ex Olei Omphacini partibus sex, Carnis & Succi Cydoniorum sine seminibus, ana parte una.

Insolentur quindecim dies, in vase vitreo, & quatuor postea horas, in duplici vase coquantur. Hinc exprime, & nova carne leviter contusa, novóque succo injectis, idem semel atque iterum repete.

OLEUM ENULATUM, ex Olei maturi, radicum contusarum Enulæ, & earundem Succi, ana parte una, Vini generosi ad ignem cum Succo mox evaporandi, parte dimidia.

OLEUM EUPHORBII, ex Euphorbii drachmis sex, Olei Cheirini, unciis quinque, & Vini odoriferi, unciis tribus, simul coquendis in duplici vase, donec vinum evanuerit.

OLEUM FORMICARUM, ex Formicis alatis simul & semel in olei dulcis quadruplo infusis, & quadraginta dies, in-

in vase vitreo obturato, soli æstivo expositis, & colatis.

OLEUM sive BALSAMUM SIMPLEX HYPERICI, ex oleo sui seminis, trusatili mola triti, & prelo expressi; additis, & ritè insolatis, Hyperici floribus.

OLEUM JASMINUM, ex Jasmini floribus, in Oleo veteri claro insolatis, & expressis.

Oleum Irinum.

℞. Rad. Iridis Florent. libram.
Flor. Iridis purpureæ, libras duas.
Aquæ, cui incoctæ fuerint aliæ Lilii Florent. radices, q. s.
Olei dulcis loti, libras sex.

Coque in duplici vase: radices ac flores iterum immitte, prioribus expressis & abjectis, ut in Oleo Rosato.

OLEUM LILIORUM, fit eodem modo, quo Oleum Rosaceum.

Oleum Lumbricorum.

℞. Lumbricorum terrestrium, libram dimidiam.

Laventur primùm aqua sæpius mutata, dein Vino albo, in quo etiam macerentur per horam. Tum abjecto Vino, Lumbrici duplici vase excipiantur, affundendo Olei Olivarum, libras duas, Vini albi, libram dimidiam.

Mox coquantur ad Vini evaporationem. Tandem Oleum per telam cannabinam trajectum usui reponatur.

OLEUM MAJORANÆ, sive Sampsuchinum, ex herbæ parùm contusæ unciis quatuor, vini albi generosi, unciis sex, Olei maturi libra una; simul mixtis, insolatis, recentique ter immissa & expressa herba; & coctione demum diplomate, absumpto Vino.

OLEUM MASTICHINUM, ex Olei Rosati Omphacini libra una. Masticches unciis tribus, vini odoriferi unciis quatuor; mixtis, & simul coctis in duplici vase ad vini absumptionem. Percoletur oleum, & usui reponatur.

OLEUM MELILOTI, ex herbæ summitatibus eodem modo, ut Chamamelinum.

OLEUM MYRRHÆ, Ova aliquot recentia coquantur donec indurverint; per mediam longitudinem incidantur, vitelli eximantur, cavitates Myrrhâ trite impleantur, & denuo conjungantur albumina, filoque parum constringantur, & craticulæ inter duas paropsides collocatæ imponantur. Tum in cella vinaria vel alio loco subterraneo & humido ponantur. Sic enim Myrrhæ liquatus humor in paropsidem inferiorem destillabit.

OLEUM MENTHÆ, ex herba, & Olei Omphacino, ut Rosaceum.

OLEUM MYRTINUM, ex Baccarum Myrtillorum confractarum, & vino aspersarum parte unâ, Olei Omphacini partibus tribus. Insolentur vi-

gin-

ginti quatuor dies; ter interim renovatis, coctis, & expressis baccis.

OLEUM NARCISSINUM, ex floribus recentibus Narcissi albi, & Oleo, ut Rosaceum.

OLEUM NARDINUM, ex Spicæ Nardi unciis tribus, Olei dulcis sesquilibra, Vini albi odorati & aquæ puræ, ana unciis duabus cum semisse, coctis in diplomate igne leni, frequenter movendo, ad humoris aquei absumptionem.

OLEUM NENUPHARINUM, ex florum Nymphææ albæ recentium, dempto intermedio croceo & viridi folio interjecto parte una, Olei Omphacini partibus tribus; ter, ut in Oleo Rosato, repetitis floribus.

OLEUM NICOTIANÆ, ex succi Nicotianæ & Olei communis, ana partibus æqualibus, in Balneo s. a. coctis.

OLEUM PAPAVERIS, ex floribus, capitibus, & foliis Papaveris sativi, & Oleo Omphacino, ut Anethinum.

OLEUM POPULNEUM, ex Gemmarum Populi arboris partibus tribus, Vini albi generosi partibus quatuor, Olei dulcis partibus septem. Gemmæ diligenter tritæ, in Vino & Oleo septem diebus macerentur: coquendæ demum & exprimendæ s. a.

OLEUM RUTACEUM, ex herba contusa, & Oleo maturo, ut Rosatum.

OLEUM SABINÆ, similiter.

OLEUM SAMBUCINUM, ex floribus, & Oleo, ut Rosatum.

OLEUM SCORPIONUM, ex vivis Scorpionibus mediocribus Sole Leonem ingresso, capt. No. triginta. Olei amygdalini amari libris duabus. Infolentur & post quadragesimum diem coletur Oleum & servetur.

OLEUM CICVONIUM, ex radicum contusarum Cucumeris agrestis, & succi ejusdem, ana parte dimidia, Olei maturi parte una, cocti in duplici vase ad succi exhalationem.

OLEUM SOLANI, ex Baccarum Solani Maturarum parte una, coctarum in Olei maturi, vel Rosacei, partibus tribus.

OLEUM de STYRACE, ex Styracis, & Vini albi odorati, ana parte una; Olei maturi partibus quatuor, lentè coctis ad vini evaporationem.

OLEUM VIOLACEUM, ex Oleo Olivarum Omphacino, & floribus Violarum, ut Rosatum.

OLEUM VERBENACEUM, ex herba & Oleo, ut Oleum Menthæ.

OLEA COMPOSITA PER INFUSIONEM ET DECOCTIONEM.

Oleum Benedictum.

℞. Radicum Cardui Benedicti,
Valerianæ, ana unciam unam.
Florum Hyperici, uncias duas.
Tritici puri, ſeſquiunciam.
Olei vetuſtiſſimi, uncias quatuor.
Terebinthinæ Cypriæ, uncias octo.
Thuris pulverati, uncias duas.
Radicibus & Floribus contuſis affunde tantum vini albi, quantum iiſdem mergendis ſufficiat. Poſt biduì in olla macerationem, injice cum tritico comminuto Oleum, & ſimul coque, donec vinum evaneſcat. Hinc exprime, additíſque Thure & Terebinthinâ, parùm rurſus ut coquantur ſine, & ſerva.

Oleum de Capparibus.

℞. Corticum radicum Capparum, unciam unam.
Corticum Tamariſci,
Foliorum ejuſdem,
Seminum Agni Caſti,
Ceterach, ſive Aſplenii,
Radicum Cyperi, ana drachmas duas.
Rutæ, drachmam unam.
Olei Olivarum maturi, libram unam.
Aceti vini acerrimi,
Vini albi odorati, ana uncias duas.

Trita & secta macera, biduo elapso, in Balneo Mariæ sensim coque : Tandémque, absumptis Vino & Aceto, cola & repone.

Oleum de Castoreo Compositum.

℞. Castorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Opopanacis,
Casiæ ligneæ,
Croci,
Carpobalsami, sive Cubebarum,
Spicæ Nardi,
Costi, ana drachmas tres.
Cyperi,
Schœnanthi,
Piperis longi,
nigri,
Sabinæ,
Pyrethri, ana drachmas duas semis
Olei maturi, libras quatuor.
Vini Hispanici, libras duas.

Exceptis quinque primis, reliqua omnia, ut decet, præparata, lentè coquantur in Vino & Oleo, dum Vinum evanuerit : solutis interim seorsim in parte Vini reservatâ, Galbano, Opopanace, & tenuissimè priùs trito Euphorbio. Post colaturam utriusque, cautè misceantur ; Oleo nimirum expresso in tepentia adhuc Gummi paulàtim effuso, & crebrâ rudiculæ agitatione ad ignem immixto. Denique de Styrace & Castoreo, finitâ coctione, in fundo vasis, pulverata recondantur.

Oleum

Oleum Catellorum.

℞. Olei Olivarum, libras quatuor.
Catellos nuper natos No. duos.
Vermium terrestrium Vino albo ablutorum, libram unam.
Coctis Catellis ad ossium compaginis dissolutionem, injiciantur vermes, & paulò post exprimantur. Dein cum Terebinthinæ Cypriæ unciis tribus, spiritus Vini unciâ unâ, perficiatur Oleum s. a.

Oleum Costinum.

℞. Rad. Costi amari, uncias duas.
Casiæ ligneæ, unciam unam.
Summitatum Majoranæ, uncias octo.
Trita crassiusculè macerentur biduum, in Vini albi odorati unciis duodecim. Dein cum Olei Olivarum Vino albo loti lib. duabus, coquantur in *B. M.* ad exhaust. vini s. a.

Oleum Crocinum.

℞. Croci,
Calami aromatici, ana unciam unam.
Myrrhæ electæ, semunciam,
Cardamomi, drachmas novem.
Macerentur omnia, sextiduum, præter Cardamomum (quod ante postremum indendum non est) in Aceti unciis novem. Postridiè affunde Olei loti sesquilibram; & sensim, donec abtumptum sit Acetum, coque s. a. & cola.

Oleum de Euphorbio.

℞. Staphydis agriæ,
Saponariæ, ana unciam dimidiam.
Pyrethri, drachmas sex.

Calaminthæ montanæ ficcæ, ſeſquiunc.
Coſti, drachmas decem.
Caſtorei, drachmas quinque.

Trita, triduoque macerata in Vini odoriferi libris tribus ſemis, coque cum Olei Lucrii lutei ſeſquilibrâ; additâque, ante abſumptum omnino Vinum, Euphorbii ſemuncia, percoque ſecundùm artem.

Oleum Exceſtrenſe.

℞. Herbarum Abſinthii,
Centaurii minoris,
Eupatorii,
Fœniculi,
Hyſſopi,
Lauri,
Majoranæ,
Melliſſæ,
Nepetæ,
Pulegii,
Sabinæ,
Salviæ,
Thymi, ana uncias quatuor.
Abrotani,
Betonicæ,
Chamæpityos,
Lavendulæ, ana uncias ſex.
Roriſmarini, libram unam.

Florum Chamæmeli,
Geniſtæ,
Liliorum alborum
Sambuci,

Sem. Cymini,
Fœnugræci,

Rad.

Rad. Ellebori albi,
nigri;
Corticum Fraxini,
Limonum, ana uncias quatuor.
Euphorbii,
Sinapeos,
Castorei,
Pyrethri, ana unciam unam.
Olei, libras sedecim.
Vini, libras tres.

Herbis, Floribus, Seminibus & Euphorbio contusis; incisis Radicibus, Corticibus, & Castoreo; maceratisque horas duodecim, affuso vino & Oleo, ad Balnei calorem; & coctis demum lento igne ad Vini & humoris absumptionem; colétur Oleum, & servetur.

Oleum Hirundinum.

℞. Hirundines integras No. sedecim.
Chamæmeli,
Rutæ,
Plantaginis majoris,
minoris,
Foliorum Lauri,
Pulegii,
Anethi,
Hyssopi,
Rorismarini,
Salviæ,
Hyperici,
Balsamitæ, ana manipulum unum.
Olei communis, libras quatuor.

Vini Hiſpanici, libram unam.
Confice ſecundùm artem.
Si verò tantum Butyri Majalis accipiatur quantum olei, & prædicta cum eo coquantur; Unguenti & nomen, & conſiſtentiam acquiret.

Oleum Hyperici Compoſitum.

℞. Vini albi odori, libram unam.
Summitatum Hyperici, cum floribus & ſeminibus, uncias quatuor.
Trita macerentur in vaſe vitreo, obturato ejus orificio, totum triduum, in Olei Olivarum veteris librâ unâ, ad Solem, vel Balnei calorem, & exprimantur. Fiat eodem modo, Vino non addito, Summitatum Hyperici ſecunda infuſio, & tertia. Tertiam demum, poſt vinum coctione ferè abſumptum, exprime; additiſque
Terebinthinæ, unciis tribus.
Croci ſcrupulo uno.
Rurſus parùm coque & repone.

Oleum Hyperici Magis Compoſitum.

℞. Vini albi generoſi, libras tres.
Florum recentium Hyperici cum ſuis ſeminibus, manipulos quatuor.
Tere, & macera in vitreo vaſe arctè clauſo, bidoque exacto, coque in *B.M.* & validè exprime: in colaturam novas injice ſummitates, tertioque idem facito. Tertiæ autem colaturæ ſingulis libris affunde
Olei veteris, libras quatuor.
Terebinthinæ, uncias ſex.
Olei Abſinthii, uncias tres.

Di-

Dictamni,
Gentianæ,
Cardui benedicti,
Tormentillæ,
Carlinæ, vel Cardui Mariæ,
Calami aromatici, tritorum, ana drachmas duas.
Lumbricorum, pluries in vino albo lotorum, uncias duas.

Insolentur quinque aut sex septimanas, & bene obturata reponantur.

Oleum Irinum.

℞. Radicum Iridis Florentinæ, libras tres & uncias quatuor.
Florum Liliorum alborum, abjectis unguibus flavis, uncias quindecim.
Radicum Cyperi recentiorum, uncias sex.
Helenii, uncias tres.
Anchusæ, uncias duas.
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Asæ odoratæ, sive Benzoini, ana unciam unam.
Contusâ, ut decet, omniâ, in Sole, calidove loco, macerentur in
Olei veteris, libris quindecim.
Aquæ fontanæ, libris quatuor, & dimidia.

Post quartum diem coque in *B. M.* & absumptâ aquâ, cùm refrixerint, percolando cola, & repone.

Bal-

Balſami Lucatelli.

℞. Ceræ citrinæ opt. libram unam.
Liquefcat miti igne in pari quantitate vini Canarini. Dein adde
Olei Olivarum opt.
Terebinthinæ Ven. in aqua Roſar. ad albedinem lotæ, ana ſeſquilibram.
Bulliant leni foco ad Vini evaporationem.
Demum ab igne ſemotis inſperge,
Santali rubri ſubtil. pulv. uncias duas.
Continuè agitando donec refrixerint.
F. Balſamum.

Oleum Majoranæ.

℞. Foliorum Majoranæ, manipulos quatuor.
Serpylli, manipulos duos.
Myrti, vel Baccarum ejus, manipulum unum.
Abrotani,
Menthæ aquaticæ, ana manipul. dimidium.
Caſiæ Ligneæ, uncias duas.
Concisa, tuſa, inque vitrum indita omnia, ad Solem, vel in Hypocauſto, tribus Olei Omphacini affuſis libris, clauſoque orificio, macera; & poſt octavum diem exprime. In expreſſum Oleum recentia ſimplicia conjice, idemque (exacto ut priùs opere) fac tertio, ut perficiatur Oleum ſ. a.

Oleum Mandragoræ

℞. Olei communis, libras duas.
Succi Pomorum Mandragoræ, vel, ejus

defectu, foliorum, uncias quatuor.
Succi Hyoscyami albi, uncias duas
Succi capitum papaveris nigri, uncias tres.
Succi Violarum,
Cicutæ tenerrimæ, ana unciam unam.
Opii,
Styracis Calamitæ, ana unciam dimidiam.

Succos, cum Oleo, Soli expositos, post decimum diem, sensim ad Succorum exhaustum coque, & cola. Dein Opium tenuissimè tritum insperge, Styracémque Terebinthinæ modico solutam admisce.

Moschelæum.

℞. Nuces Moschatas, numero duas.
Moschi, drachmam semis.
Folii seu Macis,
Spicæ Nardi,
Costi,
Mastiches, ana drachmas sex.
Styracis calamitæ,
Casiæ lignea,
Myrrhæ,
Croci,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Carpobalsami, vel Cubebarum,
Bdellii, ana drachmas duas.
Olei puri, libras tres.
Vini generosi, uncias sex.

Terantur, ex arte & confuse mista, sensim,

fim, dum vinum evanescat, bulliant; admisto f. a. Moscho, post colaturam.

Oleum Nardinum.

℞. Spicæ Nardi, uncias tres.
Majoranæ recent. uncias duas.
Xyloaloës,
Calami aromatici,
Enulæ recentis,
Cyperi,
Fol. Lauri recentium.
Folii Indi, vel Macis,
Schœnanthi,
Cardamomi, ana unciam unam & dimidiam.

Crassiusculè terantur omnia; & in aquæ, Vinique generosi, ana unciis quatuordecim, cum Olei Sesamini vel Olivarum libris quatuor & dimidia, in sequentem usque diem macerentur; dein lentâ, in duplici vase, coctură, donec Vinum, & aquæ absumpta fuerint, perfice Oleum f. a.

Oleum Nicodemi.

℞. Seminum, seu Summitatum Hyperici,
Terebinthinæ veteris, ana libram unam.
Lithargyri, drachmas sex.
Aloës hepaticæ,
Tutiæ Alexandrinæ, ana drachmas tres.
Croci, unciam unam.
Vini albi optimi, libras quatuor.
Olei veteris, libras duas.

Absumptâ quartâ vini parte per lentam omnium in Balneo coctură; alicubi, in arena, Soli caniculari exponantur, & per pan-

pannum candidum, post decimum diem colentur, seorsumque à vino servetur Oleum.

Oleum Nicotianæ.

℞. Succi Nicotianæ, sive Tabaci, aut Petri, Olei communis, ana libram.

Macerentur, & coquantur ad Succi absumptionem.

Balsamum Polychrestum.

℞. Spiritus Vini, libras duas cum semisse.
Sarcæ pariet. albæ & medullosæ incisæ, uncias quinque.

Infunde in vase vitreo, donec Sp. V. colorem aureum induerit. Tum colaturæ adde Gum. Guajaci, leni calore in eadem (agitatione subinde factâ) solvendi, uncias octo. Demum adde Balsami Indici, sive Peruani, cochlear unum. M. F. Balsamum.

Oleum Populeum.

℞. Gemmarum Populi arboris recentium, Veris initio collectarum libras tres.
Vini albi, libras quatuor.
Olei communis, libras septem, uncias duas.

Terantur diu Gemmæ; & macerentur in Vino & Oleo diebus septem: postea coquantur in vase duplici ad Vini absumptionem. Tandem exprimatur Oleum, & reponatur.

Balsamum Vulnerarium.

℞. Foliorum & Flor. cum seminibus, Androsæmi,

Sum-

Summit. Hyperici,
Botryos,
Fol. Hederæ terreſtris, ana manip. duos.
Chamæpityos,
Salviæ, ana man. ſemis.

In vaſe fictili macerentur biduum in Vini albi generoſi, libris duabus. Tum adde Olei veteris libras duas cum ſemiſſe. Bulliant leni igne ad Vini diſſipationem. Colaturæ permiſce

Terebinthinæ libram.
Mannæ Thuris, uncias quatuor.
Myrrhæ, uncias tres.
Maſtiches,
Sang. Draconis, ana uncias duas.
Styracis Calamitæ, unciam.

Fervefiant parum ad mitem focum: dein reponantur ſeptiduum in Sole. Tum ſerva, in vaſe fictili aut vitreo, in uſum.

Oleum Vulpinum.

℞. Vulpem (quâ fieri poteſt) pinguem, ætatis mediæ, venatúque, circa Autumnum, captam.

Hanc occide & exentera, carnibúſque, poſt detractam pellem, in fruſta diſſectis, fractíſque oſſibus, coque, deſpumando diligenter, in Vini albi & aquæ fontanæ, ana libris ſex, ad medias, cum ſalis marini unciis tribus.

Summitat. Anethi,
Thymi,
Chamæpityos, ana manipulo uno.

Mox

Mox fiat cum expressione Colatura: eandèmque recoque cum

Olei veteris optimi, libris quatuor.

Florum Salviæ,

Rorisinarini, ana manipulo uno.

Absumptâ demum aqueâ humiditate & vino; validè extorquendo, calidè exprime, Oleumque ab aquositate, post colaturam, infundibulo separatum, usui reservetur.

UNGUENTA SIMPLICIORA.

Unguentum Album.

℞. Olei Rosacei immaturi, uncias novem.

Cerussæ aquâ Rosarum lotæ & diligenter tritæ, uncias tres.

Ceræ albæ, uncias duas.

Post liquefactam in oleo Ceram, tempestivè injice Cerussam, post crebram in aqua Fontanâ, ac demum Rosaceâ lotionem, exiccatam, & per setaceum trajectam, ut fiat Unguentum, secundùm artem.

Adde Camphoræ, Olei Amygdalini dulcis aliquot guttis tritæ, drachmas duas; fiatque illud quod dicitur Camphoratum.

Unguentum Ægyptiacum.

℞. Æruginis, sive viridis æris minutissimè triti, partes quinque.

Mellis partes quatuordecim.

Ace-

Aceti acerrimi, partes septem.
Coquantur omnia simul leni igne in justam spissitudinem, & colorem subrubeum.

Unguentum Anodynum.

℞. Olei Liliorum alborum, uncias sex.
Anethini,
Chamæmelini, ana uncias duas.
Amygdalarum dulcium, unciam unam.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, ana uncias duas.
Ceræ Citrinæ, uncias tres.
Misce secundùm artem.

Unguentum ex Apio.

℞. Succi Apii, libram unam.
Mellis, uncias novem.
Farinæ Tritici, uncias tres.
Ex coctis ad justam spissitudinem, fiat Unguentum, secundùm artem.

Unguentum sive Linimentum è Gummi Elemi.

℞. Gummi Elemi,
Terebinthinæ Abietinæ, ana sesquunciam.
Sevi Vervecini veteris & depurati, uncias duas.
Pinguedinis Porcinæ veteris & depuratæ, unciam unam.
Misce, fiat Unguentum s. a.

Unguentum Aureum.

℞. Ceræ citrinæ, libram dimidiam.
Olei communis, libras duas.

Te-

Terebinthinæ uncias duas.
Resinæ pineæ,
Colophoniæ, ana sesquiunciam.
Thuris,
Mastiches, ana unciam unam.
Croci, drachmam unam.

Liquefcat primùm in Oleo Cera; mox, additâ Terebinthinâ, simul bulliant. Defervescentibus, cætera omnia (quorum Crocus sit ultimus) tenuissimè pulverata insperge, & rudiculâ diligenter misce, ut fiat Unguentum s. a.

Unguentum Basilicon Majus.

℞. Ceræ citrinæ,
Resinæ Pini,
Sevi Vaccini,
Picis Græcæ, sive Navalis,
Terebinthinæ,
Olibani,
Myrrhæ, ana unciam unam.
Olei, uncias quinque.

Pulverentur Olibanum & Myrrha, cæterisque liquatis ritè inspergantur, ut fiat Unguentum s. a.

Unguentum Basilicon Minus, seu Tetrapharmacum.

℞. Ceræ flavæ,
Resinæ pinguis,
Picis Græcæ, ana libram dimidiam.
Olei, uncias novem.

Liquata commisceantur, & fiat s. a. Unguentum.

Un-

Unguentum ex Bdellio.

℞. Bdellii, drachmas ſex.
Euphorbii,
Sagapeni, ana drachmas quatuor.
Caſtorei, drachmas tres.
Ceræ, drachmas quindecim.
Olei Sambucini, vel Keirini, drachmas decem.

Bdellio & Sagapeno in aqua vel ſucco Rutæ agreſtis diſſolutis, cætera ad Balnei calorem uniantur.

Unguentum de Calce.

℞. Calcis ſepties minimùm ablutæ, libram dimidiam.
Ceræ, uncias tres.
Olei roſati, libram.

Agitentur omnia diligenter in mortario plumbeo, Cerâ priùs ad lentum ignem, in quantitate ſufficienti Olei præſcripti, mollita.

Unguentum Dialthæa.

℞. Rad. Althææ recentium & contuſarum, libras duas.
Sem. Lini,
Fœnugræci, ana libram unam,

Macerentur triduum in aquæ libris octo. Dein leviter coquantur, & exprimatur Mucilago, cujus
℞. libras duas
Olei communis, libras quatuor.

Bulliant ſimul, donec aquoſa pars mucilaginis ſit abſumpta; tum adde
Ceræ, libram unam.

Re-

Resinæ, libram dimidiam.
Terebinthinæ, uncias duas.
percoquantur in Unguenti consistentiam.

Unguentum Diapompholygos, sive Nihili.

℞. Olei Rosacei, uncias duodecim.
Succi Baccarum Solani hortensis, uncias sex.
Ceræ albæ,
Cerussæ lotæ, ana uncias quatuor.
Plumbi, in aceto acerrimo triduum macerati, dein exiccati & triti,
Pompholygos præparat. ana uncias duas.
Thuris purioris, unciam unam.
Coquantur leniter Oleum & Succus, ad hujus deperditionem: tum Cera in eodem Oleo liquetur: mox addantur pulveres tenuissimi, & jugi agitatione rudicula lignea subigantur, donec mixtura refrixerit, hoc hoc modo abitura in Unguentum.

Unguentum Enulatum.

℞. Radicum Enulæ in aceto minùs acri coctarum, contusarum & per cribrum trajectarum, libram unam.
Terebinthinæ, eodem decocto lotæ, uncias duas.
Ceræ citrinæ, unciam unam.
Axungiæ porcinæ veteris, salitæ,
Olei veteris, ana uncias quatuor.
Salis communis, unciam dimidiam.
Axungiæ, Ceræ, & Oleo liquefactis adde Terebinthinam, Pulpam Enulæ, Salemque

que minutissimè pulveratum, & fac Unguentum s. a.

Unguentum Enulatum cum Mercurio.

Fit ex priori Unguento, immixtis unciis duabus Hydrargyri, non solùm salivâ aut succo Limonum, sed etiam tota Terebinthina ad hoc servata, & Axungiæ parte, in mortario lapideo, indefessa agitatione extincti.

Unguentum Laurinum Vulgare.

℞. Foliorum Lauri contus. libram unam.
Baccarum ejusdem contus. libram dimidiam.
Folior. Brassicæ, uncias quatuor.
Olei ex pedibus bovinis, libras quinque.
Sevi bovini, libras duas.
Coquantur simul & colentur, ut fiat Unguentum s. a.

Unguentum de Minio, seu Rubrum Camphoratum.

℞. Olei Rosacei, libr. unam & dimidiam.
Minii, uncias tres.
Lithargyri, uncias duas.
Cerussæ, sesquiunciam.
Tutiæ, drachmas tres.
Camphoræ, drachmas duas.
Ceræ sesquiunciam.
Pila & Pistillo plumbeis fiat Unguentum; Cerâ priùs liquatâ ad lentum ignem, adjectis mox reliquis tenuissimè tritis.

Fin-

Unguentum è Nicotiana seu Peto.

℞. Fol. Peti, libras duas.
Axungiæ suillæ recentis diligenter lotæ, libram unam.
Contunde in mortario marmoreo, & adde Vini rubelli uncias tres. Macerentur simul totam noctem: tum coque leni foco, jugiter agitando, ad Vini absumptionem. Colaturæ igni denuo impositæ adde
Succi Peti depurati, libram unam.
Terebinthinæ Venetæ, uncias quatuor. Coque denuo ad Succi evaporationem. Demum adde
Rad. Aristolochiæ rotundæ pulv. uncias duas.
Ceræ Citrinæ q. s.
F. Unguentum s. a.

Unguentum Nutritum, seu Triphar. macum.

℞. Lithargyri Auri tenuissimè lævigati, libram dimidiam.
Aceti Vini, uncias quinque.
Olei rosati, libram unam.
Nutriatur in mortario Lythargyrus, vicissim affuso modò Oleo, modò Aceto, donec continuâ agitatione Acetum amplius non compareat, & unguentum evadat albidum.

Unguentum Ophthalmicum.

℞. Sevi Vervecini in aq. Plantaginis & rosarum optimè loti, unciam unam.
Lapid. Calaminaris,

Tutiæ prépar. ana ſcrupulos duos.
Plumbi albi loti, drachmas duas.
Miſce diutinâ agitatione, ut F. Unguentum ſ. a.

Unguentum ex Oxylapatho.

℞. Radicis Oxylapathi in aceto ad putrilaginem coctæ, & per ſetaceum trajectæ,
Sulphuris in ſucco Limonum abluti, ana ſeſquiunciam.
Axungiæ ſuillæ in ſucco ſcabioſæ ſæpius lotæ, libram dimidiam.
Unguenti Populnei ſucco Enulæ nutriti, ſemunciam.
Olei ligni Rhodii guttulas aliquot. Omnibus in mortario ſubactis, fiat Unguentum ſ. a.

Unguentum è Plumbo.

℞. Olei Roſacei, uncias ſex.
Plumbi uſti,
Lithargyri, ana drachmas decem,
Terebinthinæ unciam unam.
Ceruſſæ,
Antimonii, ana ſemunciam.
Ceræ albæ, uncias duas.
Fiat Unguentum ſ. a. in mortario plumbeo optimè agitando.

Unguentum Pomatum.

℞. Axungiæ Porcinæ recentis, libras tres.
Sevi Ovilli recentis uncias novem.
Pomorum (vulgò **Pomewaters**) excorticatorum & conciſorum, libram unam & uncias novem.

Aquæ

Aquæ Roſarum odoratiſſimæ, unciæ ſex.
Radicis Ireos Florentinæ craſſiuſculè pulveratæ, drachmas ſex.

Bulliant ſimul in B. M. donec Poma liqueſcant. Dein cola fine expreſſione, & ſervetur uſui.

Interim calefiat denuo parùm, & nova aquæ Roſacea lavetur, addanturque ſingulis ejus libris Olei ligni Rhodii guttulæ duodecim.

Aliud Simplicius.

℞. Adipis Hædini recentis, aqua Roſacea macerati, libras quinque.
Camphoræ, unciam unam ſemis.
F. ſ. a. Unguentum.

Unguentum Potabile.

℞. Butyri recentis inſulſi, ſeſquilibram.
Spermatis Ceti,
Rubiæ tinctorum,
Radicum Tormentillæ,
Caſtorei ana unciam dimidiam.

Bulliant, ut decet in vini odorati q. ſ. donec vinum abſumatur, & fiat Unguentum ſ. a.

Unguentum Reſinum.

℞. Reſinæ Pini puriſſ.
Terebinthinæ,
Ceræ citrinæ lotæ,
Olei puri, ana partes æquales.

Cera & Reſina in Oleo liqueſcant: dein addita Terebinthina, omnia percolentur, & ad ignem bulliant, ut decet.

Unguentum Roſatum.

℞. Axungiæ porcinæ recentis, à membra-

nis liberatæ & optimè lotæ, libram unam: additâque

Roſarum rubrarum recentium, libr. una: Marceſcant ſeptiduum; dein coquantur leni igne, & colentur: rurſùs cum pari admiſtione Roſarum recentium contuſ. totidem dies macerentur: tum coquantur, & colentur ut priùs. Tandem affunde Succi Roſarum rubrarum, uncias ſex: Olei Amyg. dulc. uncias duas. Coque màti igne ad Succi abſumptionem: coletur; fiátque Unguentum ſ. a.

Unguentum Rubrum Deſiccativum.

℞. Olei Roſati Omphacini, libram unam.
Ceræ albæ uncias quinque.
Liquatis inſperge, in mortario plumbeo,
Terræ Lemniæ, vel Boli Armenæ,
Lapidis Calaminaris ſubtiliſſimè pulverat. ana uncias quatuor.
Lithargyri auri,
Ceruſſæ, ana uncias tres.
Caphuræ, drachmam unam.
Fiat Unguentum ſ. a.

Unguentum Rutaceum.

℞. Fol. Rutæ viridis, Manip. quatuor.
Origani,
Pulegii,
Menthæ,
Abſinthii,
Salviæ, ana manip. duos.
Contuſis in mortario lapideo, adde Axungiæ ſuillæ ſalſæ, ſive veteris, libras tres.

Di-

Digerantur quatriduum in fimo vaſe fictili, donec liqueſcat Axurgia. Tum torculari validè exprimatur. Poſtea addantur novæ herbæ, fiatque quater, ut antea.

℞. Hujus Valentiæ, uncias ſedecim.
Medullæ Cervinæ,
Olei Laurini, ana uncias quatuor.
Gum. Tacamachacæ,
Elemi ana uncias quatuor.
Olei Nucis Moſchatæ per expreſ. uncias duas.
Bac. Juniperi,
Roriſmarini,
Spicæ,
Petrolei, ana unciam unam.
Saponis Veneti, uncias ſex.
Eſſentiæ Caſtorei extractæ cum Spir. Vini opt. uncias duas.

Miſce, & lento igne liquatis liquandis, Oleis verò ſub finem mixtionis additis, fiat ſ. a. Unguentum, ſive Balſamum.

Unguentum è Solano.

℞. Succi è Solano,
Lithargyri loti, ana uncias quinque.
Ceruſſæ lotæ, uncias octo.
Ceræ albæ, uncias ſeptem.
Thuris pulverati, drachmas decem.
Olei Roſacei, pluries in aqua ſimplice loti libras duas.
Fiat Unguentum ſ. a.

Unguentum Tutiæ.

℞. Tutiæ præparatæ, uncias duas.
Lapidis Calaminaris, bis terve uſti &

extincti in aqua Plantaginis, unciam unam.

Pulverentur tenuissimè, & cum unguenti Rosacei sesquilibra,

Fiat Unguentum &c.

Valentia Scabiosæ.

Celebre inter nostrates Chirurgos, ante trecentos ferè annos, Unguentum: uti etiam

Tapsivalentia, & Tapsimel, quæ proximè sequuntur.

℞. Succi virentis Scabiosæ, prelo expressi, & per pannum colati,

Axungiæ Porcinæ mundatæ, ana q. v.

Contundatur Axungia in pila lapidea, elato, non in orbem acto, pistillo; paulatimque interea affundatur succus, commodioris misturæ & tincturæ causa. Mox simul in vas idoneum, Soli obvertendum, conjicito; &, ut succus Axungiam superemineat, curato. Exactis, in hunc modum, novem diebus, ad pilam & pistillum, ut ante, revoca; ejiciaturque, quam contundendo, non differendo expressisti, tenuis & decolor humiditas; rursumque, per quinque dies, in suo vase, recondatur Axungia. Quibus elapsis, contunde de novo, sensimque admisce recentem Scabiosæ succum; iterumque post quindecim dierum, in Sole & suo vase, moram, ab aquosa humiditate, ut prius, liberetur. Tandem cum recenti succo, in alios quin-

quindecim dies, reponatur; &, quinta demum vice, diligenter contusa, in vase vitreo vel invitreato, servetur usui.

Tapsivalentia.

℞. Succi Tapsi Barbari,
Axungiæ Porcinæ, ana q. v.

Mundetur Axungia, frustatímque concidatur; &, cum succo expresso & colato, sedulò contundatur, ut in proximè præcedenti unguento dictum est. Hinc servetur, in vase idoneo, in nonum decimumve diem. Dein bis porrò, semel cum recenti succo, donec penitùs virescat; atque iterum sine succo (adeóque effusò, quicquid innatat prioris) strenuè contusa, in usum (ut decet) recondatur.

Tapsimel.

℞. Succi Chelidoniæ,
Tapsi Barbari, ana partem unam.
Mellis despumati, partes duas.

Coque sensim, donec succi evanuerint; additisque (præcipiente Artifice) Vitriolo & Alumine combustis, & Atramento, rursum coque, ut fiat Unguentum s. a.

UNGUENTA MAGIS COMPOSITA.

Unguentum adstringens.

℞. Olei Rosati in aqua aluminosâ sæpe loti, sesquilibram.
Ceræ albæ, uncias quatuor.
Gallarum immaturarum,
Nucum cupressi,
Baccarum Myrti,
Balaustiorum,
Malicorii,
Cort. Glandium,
Acatiæ,
Rhois,
Mastiches, ana unciam unam.
Omnia optime trita macerentur in succis Mespilorum & Sorborum per quatriduum; dein siccentur igne miti; sicque cum Oleo & Cera, F. Unguentum s. a.

Unguentum Agrippæ.

℞. Radicum Bryoniæ, libras duas.
Cucumeris agrestis, libram unam.
Laminarum Scillæ, libram dimidiam.
Radicum Ireos nostratis recentis, uncias tres.
Radicum Filicis maris,
Ebuli,
Tribuli aquatici, vel Ari, ana uncias duas.
Tusa omnia recentia macerentur diebus sex sep-

septémve, in Olei veteris albissimi non rancidi, libris quatuor. Deinde parùm fervefiant, & exprimantur; inque expresso oleo liquefiant Ceræ albissimæ unciæ quindecim, & fiat Unguentum s. a.

Unguentum de Alabastro.

℞. Succi Chamæmeli, uncias quatuor.
Rosarum rubrarum,
Radicum Althææ, ana uncias duas.
Rutæ recentis,
Betonicæ, ana sesquiunciam.
Olei Rosacei omphacini, libram unam & dimidiam.
Alabastri puri subtilissimè pulverati, uncias tres.

Misce, & mitte in sequentem diem: tum coque, donec succi absumantur; injectisque Ceræ albæ unciis sex, fiat unguentum s. a.

Unguentum Amarum.

℞. Olei Rutæ,
Sabinæ,
Menthæ,
Absinthii,
Amygdalarum amararum, ana unciam unam & dimidiam.
Succi florum vel foliorum Persicæ.
Absinthii, ana semunciam.
Pulveris Rutæ,
Menthæ,
Gentianæ,
Centaurii minoris,
Tormentillæ, ana drachmam unam.

Sem. Caulium,
Pulpæ Colocynthidos, ana drachmas duas.
Aloës Hepaticæ, drachmas tres.
Farinæ Lupinorum, unciam dimidiam.
Myrrhæ, in aqua Graminis lotæ, ſeſquidrachmam.
Fellis Taurini, ſeſquiunciam.
Cum ſucci Limonum q. ſ. & Ceræ unciæ unæ & dimidiæ, Fiat Unguentum ſ. a.

Unguentum Apoſtolorum.

℞. Terebinthinæ,
Reſinæ,
Ceræ flavæ,
Ammoniaci, ana drachmas quatuordecim.
Radicum Ariſtolochiæ longæ,
Thuris maſculi,
Bdellii, ana drachmas ſex.
Myrrhæ,
Galbani, ana unciam dimidiam.
Opopanacis. drachmas tres.
Æruginis, drachmas duas.
Lythargyri, drachmas novem.
Olei, libras duas.
Aceti q. ſ. Ammoniaco, Opopanaci & Galbano diſſolvendis.

Bdellium, Galbanum, Ammoniacum, & Opopanax macerentur horas duodecim in aceto, ſuper cineres calidos; tum ferveſiant: liquata colentur, & leni calore reducantur ad mellis ſpiſſitudinem: iiſdemque adhuc calentibus injiciatur Terebinthina.

In-

Interea Lithargyrus, in tenuiſſimum pollinem redactus, in parte Olei blando igne rutriatur: dein paulatim reliquum Olei adjiciatur; tum eodem liqueſcat Cera, & Reſina craſſiuſculè trita. His ab igne ſemotis, Gummi, ut diximus apparata, commiſceantur. Mox Ariſtolochia, Myrrha, & demum Thus, & Viride æris, in pulverem redacta injiciantur, jugiter ſpathula agitando, ut confiat Unguentum.

Unguentum Aregon.

℞. Summit. florent. Roriſmarini,
Majoranæ,
Serpylli,
Rutæ,
Radicum Ari,
Cucumeris agreſtis, ana uncias quatuor cum dimidia.
Foliorum Lauri,
Salviæ,
Sabinæ,
Rad. Bryonæ, ana uncias tres.
Conyzæ,
Laureolæ, ana uncias novem.
Fol. Cucumeris aſinini,
Nepetæ, ana libram dimidiam.

Omnia Menſe Majo recenter collecta, exdemque expurgata, tuſa, totóſque dies ſeptem in Olei optimi libris quinque, & ſpiritûs Vini librâ unâ, macerata coque ſenſim donec contabeſcant, & humiditas aquea expiraverit. Hinc percoletur Oleum, in quo liquentur

Ceræ flavæ, unciæ quindecim.
Adipis Urſini,
Olei Laurini, unciæ tres.
Moſchelæi, uncia dimidia,
Petrolei, uncia una.
Butyri, unciæ quatuor.

Agita demum, & inſparge hos pulveres tenuiſſimè tritos,

Maſtiches,
Olibani, ana drachmas ſex.
Pyrethri,
Euphorbii,
Zingiberis,
Piperis, ana unciam unam.

M. Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum de Artanita.

℞. Succi Artanitæ, i. Cyclaminis; vel, in ejus defectu, Decocti Radicum validi, libras tres.
Succi Cucumeris agreſtis,
Butyri Vaccini, ana libram unam.
Olei Iuini, libras duas.
Pulpæ Colocynthidos, uncias quatuor.
Polypodii, uncias ſex.
Euphorbii, unciam dimidiam.

Polypodium & Euphorbium accuratè contundantur, ac minutiſſimè concidatur Colocynthis; tum macerentur omnia ſimul in vaſe vitreato arctè clauſo per octiduum. Poſtea coquantur in duplici vaſe, donec ſucci ferè evanuerint: hinc exprimantur, & in expreſſo liquefiant

Ceræ flavæ, unciæ quinque,

Te-

Tepentibus adhuc immiſce primùm,
Sagapeni in aceto ſoluti,
Fellis Taurini, ad mellis ſpiſſitudinem in Balneo cocti, ana unciam unam.
Deinde inſperge, quæ ſequuntur, pulverata;
Scammonii,
Turpeti,
Colocynthidos,
Baccarum, vel foliorum Mezerei,
Aloës ana drachmas ſeptem.
Salis Gemmæ, ſemunciam.
Euphorbii,
Piperis longi,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Florum Chamæmeli, ana drachmas tres.
M. F. Unguentum ſ. a.

Unguentum Cataplaſmas.

℞. Ceruſſæ, in aqua Portulacæ priùs lotæ, deinde in Aceto (poſt maceratas in eo Raphani ſylveſtris radices) expreſſo,
Lapidis Calaminaris,
Chalciteos, ana drachmas ſex.
Plumbi uſti,
Sanguinis Hircini, ana ſemunciam.
Argenti vivi ſublimati, unciam unam.
Succorum Sempervivi,
Solatri,
Plantaginis, ana uncias duas
Axungiæ Porcinæ à pelliculis mundatæ, libras tres.

Olei

Olei Violarum,
Papaveris,
Mandragoræ, ana unciam unam.
Primò Sublimatum & Axungia; deinde olea, Succi, & Pulveres ritè misceantur, ut Fiat Unguentum s. a.

Unguentum Citrium.

℞. Axungiæ porcinæ recentis, sesquilibram,
Adipis Gallinacei, unciam.
Corticum Citri exteriorum contus. libr.
Macerentur diu in loco tepido: dein factâ expressione colentur. Tum adde
Sevi Caprini, vel Cervini sesquiunciam.
Sacchari Saturni cum aqua Rosarum soluti, uncias duas.
Fæculæ Serpentariæ, vel Bryoniæ, unciam.
Agitentur diu multumque simul; iterumque adde
Coralliorum alborum, semunciam.
Umbilicorum marinorum,
Crystalli,
Dentalis, sive Concharum Veneris,
Antalis, vel Porcellanarum, præp. ana drachmas tres.
Alabastri albi in aceto destil. cocti, & ad siccitatem evaporatione reducti, drachmas duas.
Tragacanthæ albis. cum aqua Ros. in mucilag. spissam solutæ,
Amyli,
Nitri,
Thuris albi, subtil. pulver. ana drachmas tres.

Be-

Boracis Ven. albæ, tritæ, drachmas duas.
Camphoræ in Spir. Rosarum, vel ipsa
Axungiæ porcinæ solutæ, sesquidrach.
F. s. a. Unguentum.

Unguentum Comitissæ.

℞. Corticis mediani
- Glandium quernarum,
- Castanearum,
- Quercus arboris,
- Fabarum, minorum & nigrarum.

Baccarum Myrti,
Caudæ Equinæ,
Gallarum imperforatarum, & viridium.
Acinorum Uvarum,
Sorborum immaturorum siccorum,
Mespilorum immaturorum,
Foliorum Pruni sylvestris,
Radicum Bistortæ,
Tormentillæ, ana sesquiunciam.

Terantur omnia crassiuscule, & in aquæ Plantaginis libris decem coquantur ad medias. Deinde

℞. Ceræ Citrinæ novæ, uncias octo cum dimidia.
Olei Myrtini simplicis, libras duas semis.
Succi Hypocistidis, semunciam.
Liquentur hæc, laventúrque novies, decocto superiori toties diviso.
Lotis autem & liquatis insperge pulveris subtilis.

Corticum mediano-
- Glandium,
- castanearum,
- Quercûs Arboris,

Gal-

Gallarum imperforatarum,
Cineris ossium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorum Uvarum immaturarum,
Sorborum immaturorum siccorum, ana unciam dimidiam.
Trochiscorum de Carabe, uncias duas.
M. & cum Olei Mastichini illoti q. s.
Fiat Unguentum s. a.

Unguentum Hemorrhoidale.

℞. Mucilaginis è Sem. Psyllii,
Cydoniorum,
Extractæ aquâ Solani, ana semunciam.
Olei Rosacei completi, unciam.
Vitellum unius Ovi,
Pinguedinis gallinæ, drachmas duas.
Agitentur simul in mortario plumbeo, cum pistillo plumbeo; addendo Ceræ citrinæ liquatæ parum.
M. F. Unguentum s. a.

Unguentum Martiatum.

℞. Foliorum Lauri recentium, libras tres.
Rutæ hortensis, libras duas & dimidiam.
Majoranæ, libras duas.
Menthæ, libram unam.
Salviæ,
Absinthii,
Balsamitæ,
Ocimi, ana libram dimidiam.
Olei Olivarum, libras viginti.
Ceræ citrinæ, libras quatuor.
Vini Malvatici, libras duas.

Ex

Ex tusis, maceratis, coctis, & expressis, ut decet; fiat Unguentum s. a.

Unguentum Mastichinum.

℞. Olei Mastichini,
Absinthii,
Nardini, aña unciam unam.
Masticbes,
Menthæ,
Rosarum rubrarum,
Corallii rubri,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Schœnanthi, ana drachmam unam.
Ceræ q. s.
Fiat unguentum s. a.

Unguentum de Mucilaginibus.

℞. Olei Liliorum alborum,
Irini,
Violarum,
Chamæmeli, ana uncias sex.
Mucilag. Sem. Lini,
Cydoniorum,
Fœnugræci,
Rad. Althææ, ana uncias quatuor.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, ana uncias quinque.
M. Fiat lege artis Unguentum.

Mundificativum ex Apio.

℞. Succi Apii, libram unam.
Mellis, uncias novem.
Farinæ triticeæ, uncias tres.

Co-

Coquantur donec spissescant.
F. Unguentum s. a.

Unguentum Neapolitanum.

℞. Axungiæ Suillæ, succo salviæ lotæ, libram unam.
Hydrargyri per alutam trajecti, uncias quatuor.
Olei Laurini,
Chamæmelini,
Lumbricorum, ana uncias duas.
de Spica, sesquiunciam.
Spiritûs Vini, unciam unam.
Ceræ flavæ, uncias duas.
Terebinthinæ, succo Enulæ lotæ, uncias tres.
Pulveris Chamæpityos,
Salviæ, ana drachmas duas.

Axungia cum Salviæ succo leni igne fervefiat, ad hujus dissipationem: admisceantur Olea Chamæm. Lumbric. de Spica, & Cera. Agitentur spathulâ, donec Cera probè liquata & commixta fuerit. Tum ab igne semotis, Laurinum adjungatur. Interea Mercurius cum Axungiæ parte & Terebinthina extinctus in mortario accuratè ducatur. Postea totum, simul agitando, commisceatur. Tandem addantur pulveres & Spir. Vini; rursûsque agitatione multâ Fiat ex arte Unguentum.

Unguentum Nervinum.

℞. Foliorum Paralyseos cum floribus,
Salviæ,
Chamæpityos,

Ro-

Roriſmarini,
Lavendulæ,
Lauri, cum Baccis,
Chamæmeli,
Rutæ,
Apii,
Meliloti cum flore,
Abſinthii, ana manip. unum.
Menthæ,
Betonicæ,
Pulegii,
Petroſelini,
Centaurii minoris,
Hyperici, ana manipulum dimidium.

Olei ex pedibus Ovinis, vel Bovinis, libras quinque.
Sevi Ovini, vel Bovini, vel alterutrius Medullæ, libras duas.
Olei de Spica, unciam dimidiam.

Contuſis coctiſque herbis cum Oleis & Sevis, fiat Unguentum ſ. a.

Unguentum Pectorale.

℞. Butyri recentis, aquâ Violarum loti, uncias ſex.
Olei Amygdalarum dulcium, uncias quatuor.
Chamæmelini,
Violaciæ, ana uncias tres.
Adipis Gallinæ,
Anatis, ana uncias duas.
Radicum Ireos, drachmas duas.
Croci, drachmam dimidiam.

Cera

Ceræ albæ, uncias tres.
Tenuissimè pulveratis Iride & Croco, liquatisque reliquis, fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Populneum.

℞. Gemmarum Populi nigræ recentium, ſeſquilibram.
Foliorum Violarum,
Umbilici Veneris muralis,
ana uncias tres.
Axungiæ Porcinæ recentis & inſulſæ, a membranulis liberatæ, & lotæ, libras duas.
Contuſis, miſtis, ſimùlque maceratis in Menſem Maji, adde
Cymarum Rubi tenerrimarum,
Foliorum Papaveris nigri,
Mandragoræ, vel baccarum & foliorum Sambuci montani.
Hyoſcyami,
Solani,
Lactucæ,
Sempervivi { majoris, minoris,
Bardanæ majoris, an. unc. tres.
Contuſa denuò ſimúlque permiſta omnia, & affulâ, poſt decimum diem,
Aquæ roſarum, libra unâ.
Coque leni foco ſpathula continuè agitando donec omnis ſuperflua humiditas abſumatur: hinc colentur, & torculari exprimantur, ut
Fiat unguentum ſ. a.

Ut-

Unguentum Resumptivum.

℞. Axungiæ Porcinæ recentis, uncias tres.
Adipis Gallinæ,
Anseris,
Anatis, ana uncias duas.
Oesypi humidæ, unciam dimidiam.
Olei Amygdalarum dulc.
Chamæmelini,
Anethini, ana uncias duas,
Butyri recentis insulsi, libram unam.
Ceræ citrinæ, uncias sex.
Mucilag. Gum. Tragacanthæ,
Arabici,
Semin. Cydoniorum,
Lini,
Radic. Bismalvæ, ana sesquunciam.

Sem. Fœnugræci, unciam dimidiam. Cera frustulatim divisa cum Oleis primum liquanda, dein Butyrum & Axungiæ: liquefactis simul omnibus Oesypus addatur, & spathulâ agitetur. Ab igne semotis, refrigeratis, & probè mixtis, Mucagines aquâ Rosaceâ extractæ commisceantur, & rudiculâ moveantur, ut spissitudinem idoneam acquirant. F. Unguentum, utendi tempore parandum.

Unguentum Splanchnicum.

℞. Olei Capparum, unciam unam.
Liliorum alborum,
Chamæmelini,
Butyri recentis ab agitatione,
Succi Bryoniæ,

Cy-

Cyclaminis, ana ſemunciam.
Coctis ad Succorum exhauſtum adde
Gummi Ammoniaci aceto ſoluti, drachmas duas & dimidiam.
Pinguedinis Gallinæ,
Oeſypi,
Medullæ cruris Vituli, ana ſemunciam.
Pulv. Cortic. Tamariſci,
Rad. Capparum,
Radicum Filicis,
Ceterach, ana drachmam unam.
Semin. Agni Casti,
Geniſtæ, ana ſcrupulum unum.
Ceræ quantitatem ſufficientem.
Fiat Unguentum ſ. a.

Unguentum Splanchnicum Magiſtrale.

℞. Corticis Rad. Capparum drachmas ſex.
Rad. Bryoniæ,
Iridis Florentinæ,
Farinæ Sem. Fœniculi dulcis,
Ammoniaci aceto ſoluti, ana ſemunciam.
Comarum Abſinthii,
Florum Chamæmeli, ana drachmam unam.
Unguenti è ſuccis aperitivis,
è floribus Aurantiorum, ana drachmas ſex.
Olei Irini,
Capparum, ana uncias duas cum ſemiſſe.
Pulverentur pulveranda, & cribrentur;

cæ-

cæterisque in mortario calido diligenter admixtis:

Fiat Unguentum s. a.

Unguentum è Succis.

℞. Olei Rosati opt. libram.
Ceræ albæ novellæ, uncias octo.
Fol. Plantaginis,
Solani,
Oxylapathi,
Centaurii min. ana manipulos duos.

Cera cum Oleo leni igne liquescat. Addantur postea herbæ, bulliantque donec probè decoctæ fuerint. postea colentur, torcularique exprimantur. Expressum, abjectis herbis, denuo moderatè ferveat, donec omnis aquea humiditas absumpta fuerit, & solidiusculam Unguenti formam acquisiverit: quo fere jam refrigerato, Camphoræ pulveratæ semunciam inspergito, tamdiuque agita donec refrixerit.

Unguentum è Succis Aperitivis.

℞. Succi Ebuli, uncias octo.
Apii,
Petroselini, ana uncias quatuor.
Absinthii,
Ireos, ana uncias quinque.
Olei communis, libram dimidiam.
Liliorum alborum, uncias decem.
Absinthii,
Chamæmelini, ana uncias sex.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, ana uncias duas.

Co-

Coquantur simul lento igne, donec succi absumantur. Dein cola, & cum
Ceræ albæ, unciis septem,
Aceti Vini albi tantillo,
Fiat Unguentum s. a.

Unguentum Sumach.

℞. Sumach,
Gallarum immaturarum,
Baccarum Myrti,
Balaustiorum,
Malicorii,
Corticum Glandium,
Nucum Cupressi,
Acaciæ veræ, vel Germanicæ,
Mastiches, ana drachmas decem.
Ceræ albæ, uncias quinque.
Olei rosati, in Aqua aluminosa sæpius loti, libram unam, & uncias decem.
Pulverandorum fiat pulvis tenuissimus, quatuórque dies integros maceretur in succi Mespilorum & Sorborum immaturorum ana q. s. Dein siccetur ad ignem minùs acrem, & cum Oleo & Cera præscriptis coque in Unguentum.

CERATA.

Ceratum de Galbano.

℞. Galbani præparati, sesquiunciam.
Terebinthinæ, unciam.
Asæ fœtidæ, unciam dimidiam.

Bdel-

Bdellii, drachmam unam.
Myrrhæ rubeæ, drachmas duas.
Ceræ, uncias duas.
Sem. Dauci, ſcrupulum unum.
Fol. Matricariæ,
Artemiſiæ, ana drachmam dimidiam,
Gummi diſſolvantur in aceto, præter Aſam fœtid. quæ cum Terebinthina ſolvatur; & fiat Ceratum ſ. a.

Ceratum Oeſypatum.

℞. Oeſypi, uncias decem.
Olei Chamæmelini,
Irini ana libram dimidiam.
Ceræ flavæ, uncias tres.
Reſinæ, ſemunciam.
Maſtiches,
Ammoniaci,
Terebinthinæ, ana unciam unam.
Spicæ Nardi, drachmas duas ſemis.
Croci, drachmam unam ſemis.
Styracis Calamitæ, unciam dimidiam.
Maſtiche, Spica, Crocus, & Styrax ſeorſùm pulverata, commiſceantur: Ammoniacum, in aceto ſolutum, coletur, & coquatur ad mellis ſpiſſitudinem. Liquentur Cera & Reſina in Oleis: tum lebete ab igne ſemoto, immiſceatur Oeſypus, poſtea Ammoniacum & Terebinthina ſimul: tandem adjiciantur Pulveres; ut fiat Ceratum conſiſtentiæ idoneæ.

Ceratum Santalinum.

℞. Santali rubri, drachmas decem.
albi,

Citrini, ana drachmas sex.
Rosarum rubrarum, sesquiunciam.
Boli Armenæ, drachmas septem.
Spodii ex Ebore, semunciam.
Camphoræ, drachmas duas.
Ceræ flavæ, libram unam.
Olei Rosacei Omphacini, uncias sex.

Santala simul terantur; Rosæ, Bolus, Ebur, Camphora seorsim. Tum Cera in Oleo igne blando liquescat, & ubi aliquantum tefrixerint; Pulveres commiscentur, & postremò Camphora in Oleo soluta; optiméque subigendo omnia, Fiat Ceratum s. a.

EMPLASTRA.

Emplastrum Album Cattum; sive de Cerussa.

℞. Olei Rosacei Omphacini, libras duas.
Cerussæ, sesquilibram.
Ceræ albæ, uncias quatuor.

Cerussa super porphyritem subtilissimè trita, cacabo æneo immittatur, affusóque successivè Oleo, lento igne bulliant, assiduè agitando, donec detumuerint. Tum, ubi intepuerint, indatur paulatim Cera minutim concisa, ut liquescat. Fiat s. a. Emplastrum.

Emplastrum ex Ammoniaco.

℞. Ammoniaci,
Furfuris frumenti optimè cribrati, ana unciam unam.

Un-

Unguenti Dialthææ,
Emplastri Meliloti compos.
Pulveris Rad. Bryoniæ,
Ireos, ana unciam dimid.
Pingued. Anatis,
Anseris,
Gallinæ, ana drachmas tres.
Bdellii,
Galbani, ana drachmam unam semis.
Resinæ Pini,
Ceræ citrinæ, ana uncias quinque.
Olei Irini,
Terebinthinæ, ana sesquiunciam.
Tinctura Salis Tartari.

℞. Salis Tartari defæcatissimi, uncias sex. Fundatur in Crucibulo, donec colorem subviridem acquisierit: tum eidem, dum etiamnum calet, pulverato, & matracio firmo colli oblongi indito, affunde Spiritum Vini rectificatum, ut tribus quatuórve digitis transversis superstet: digeratur in furno arenæ, calore satis intenso, per plures dies, ad Tincturæ eductionem.

Spiritus Salis Armoniaci.

℞. Tartari cum Nitro calcinati, & Salis Armoniaci, ana libras tres. Seorsim pulverata, & commixta, indantur Cucurbitæ amplæ; affundendo aquæ font. libras sex, vel octo: tum destillentur in furno arenæ; Spiritúsque purus leni calore ascendet. Hunc Spiritum si Cucurbitâ altiore rectifices, Sal volatilis purissimus in Alembo cum sublimabitur.

Spiritus Fuliginis.

℞. Fuliginis è lignis combustis pondero. sæ, & picis instar cum nigredine splendescentis, quantum Retortæ terreæ ultra medietatem implendæ sufficerit. Tum Recipiente amplo adaptato, fiat destillatio igne Reverberii, gradatim ad mediocritatem aucto. Ascendent brevi

Spiritus in fumo albicante, dein Oleum flavum, cum sale volatili; ac demum Oleum nigricans. Sal seorsim colligatur; idémque, rectificando in Cucurbita altiore, depuratus servetur usui. Liquor reliquus, ab Oleo nigro filtratione separatus, rectificetur, destillando in B. M. aut arenæ, bis vel ter.

Ramenta CC. vel eodem modo (igne fcil. nudo) vel in Retortâ vitreâ furno arenæ destillentur. Similiter è Cranio, Ossibus & Sanguine, Spiritus, cum Sale volatili, ac Oleo fœtido, proliciuntur.

Spiritus Urinæ.

℞. Urinæ Juvenis fani Vinum bibentis q.v. Cucurbitæ cum Alembico cæco indita putrescat in fimo per menses: tum destilla in arena. Liquor exstillatus in Cucurbita altiore rectificatus, exhibet Spiritum, & Salem volatilem.

Spiritus Salis Dulcis.

℞. Spiritus Salis optimè dephlegmati,
Spiritus Vini rectificati, ana q. v.
Destillentur simul, in Alembico vitreo, ter quatérve.

Elixir Proprietatis.

℞. Myrrhæ electæ,
Aloës optimæ,
Croci, ana uncias tres.
Pulveratis affunde Spiritûs Vini rectificati, & Spiritûs Sulphuris, ana q. s. ut digitis tribus quatuórve superemineant. Digerantur

tur quatriduum, ad tincturæ extractionem quam decanta. Relictæ materiæ affunde denuo Spiritum Vini, digeréque ac decanta ut priùs. Tandem Spiritûs Vini partem aliquam destillando abstrahe.

Lapis seu Sal Prunellæ.

℞. Salis Petræ purissimi, & in stirias Crystallinas concreti, libram unam. Crucibulo indatur, undique admotis & suppositis prunis: ut fluat Nitrum, instar Metalli. Huic fuso, & spumâ liberato, paulatim, & per vices, injiciantur unciæ duæ florum Sulphuris: post absumptionem ejusdem Sulphuris, & Crucibuli per quadrantem horæ ab igne amotionem, Nitrum, instar aquæ fluidum, effundatur in pelvim æneam, & postquam refrixerit servetur in usum in vase vitreo probè clauso.

Magisterium Perlarum & Coralliorum.

℞. Perlarum vel Coralliorum q. v. terantur, & levigentur in pulverem subtilissimum: pulveri affundatur ea quantitas Spiritûs Aceti radicati, quæ supernatet digitis tribus vel quatuor: fiat digestio in Cineribus ad solutionem: cessante ebullitione, decantetur liquor a pulvere, & novus affundatur ad omnis materiæ residuæ solutionem. Liquor trajiciatur per chartam emporeticam: cui colato affundatur paulatim Oleum Tartari per deliquium. Præcipitabitur pulvis

albus, per inclinationem à dissolvente separandus, & ad insipiditatem aquâ fontanâ primùm, deinde aq. Meliſſæ vel Boraginis abluendus.

Acetum radicatum fit, ſi Aceti Spiritus, ex ſale màrino decrepitato elevetur, in arena.

Mercurius Sublimatus Corroſivus.

℞. Vitrioli, ſolutione, filtratione & coagulatione depurati, ac tandem ad flavedinem calcinati, libram unam.

Salis nigri, eodem modo depurati & exiccati,

Nitri ſimiliter purificati, ana libram ſemis.

Mercurii crudi, per alutam, vel pannum lineum tranſcolando, mundati, libram unam.

Terantur omnia ſimul in vaſe ligneo, cum piſtillo ligneo, donec ſales in pulverem reducantur, nec ampliùs Mercurii globuli ulli minuti ſub conſpectum cadant: quod commodiſſimè fiet, ſi multis vicibus partitim inſtituatur tritura; ſumendo v. g. Vitrioli, Mercurii, ana unciam unam; Salis, Nitri, ana unciam ſemis, pro vice; & ſic porrò, donec univerſa materia in pulverem redacta & commiſta ſit. Tum indatur hæc mixtura Matracio, ejus capacitatis, ut non ultra dimidium ſphæricæ cavitatis implere poſſit injecta materia. Collocetur

tur Vitrum ultra medietatem in arena, in fornace convenienti; ubi supposito & per gradus ad summum aucto igne, duodecim vel sexdecim horarum spacio peracto, Mercurius sublimatus superiori vasis parti adhærebit: qui separatus ac tritus, iterum per se sublimandus, in phiala oblonga, & tertia vice, vel pluries, si impurior fit; donec candorem niveum cum aliquali splendore induerit, nec quicquam sordium admistum fit.

Mercurius dulcis sublimatus.

℞. Mercurii sublimati, ut suprà, uncias quatuor.

Mercurii crudi mundati, uncias tres: terantur simul in vase ligneo, cum pistillo ligneo, ad perfectam mixturam: pulvis indatur Phialæ oblongæ; quæ collocetur ad sui medietatem in arena, subdito lento igne, qui per gradus augeatur, ad sex horas continuas, ut pellatur Mercurius è fundo in mediam phialæ regionem; qui exemptus, & à Mercurii crudi uná ascendentibus particulis quibuscunque separatus, iterum sublimandus; vel tertiò, si opus; (minuendo tamen Mercurii crudi quantitatem) ut acrimoniam, si quam sensibilem obtineat, amittat; atque ab omni impuritate liberatus, candorem niveum acquirat.

Mercurius dulcis Præcipitatus.

℞. Mercurii crudi, ex sale marino per Retortam pulsi, vel ex Cinnabari vul-

gari revivificati, partem unam; Aquæ fortis, ex nostra descriptione, partes duas; fiat Dissolutio s. a. Interim paretur Muria; ex aqua fontana & Salis marini tantâ quantitate quantam ipsâ aqua poterit dissolvere: filtretur, vel per chartam emporeticam agatur. In hanc muriam effundatur sensim Mercurii solutio: Illico præcipitabitur pulvis albus, ab omni acrimonia abluendus aquâ simplici destillatâ, vel fontanâ tepidulâ; lento calore exiccandus; & recondendus ad usum in vase vitreo.

Mercurius Præcipitatus corrosivus.

Paretur Mercurii crudi solutio in Aquâ fortî, eâdem proportione, quâ in proximè præcedenti præscriptione. Tum in vase vitreo idoneo fiat evaporatio, calore leni, ad siccitatem; tandem, aucto igne, stylo ferreo versetur materia, donec colorem rubrum acquirat: sic habetur Mercurius præcipitatus corrosivus, ad usum in vase vitreo servandus.

Mercurius Vitæ.

Butyrum Antimonii, ad præscriptum nostrum destillatum, rectificatum, necnon in Oleum seu Liquorem solutum, projiciatur in aquam purissimam, quæ illico lactea evadet; indè præcipitabitur pulvis niveus, multiplici ablutione aquæ puræ tepentis dulcorandus, leni calore exiccandus, & servandus ad usum.

Re-

Regulus Antimonii.

℞. Antimonii crudi, Salis Petræ, Tartari, ana partes æq. Teratur Antimonium seorsim in mortario ferreo, cum pistillo ferreo; &, additis cæteris, simul redigantur omnia in pulverem: iste pulvis sensim, seu partitis vicibus, cum cochleari, immittatur in Crucibulum candens, inter accensas prunas collocatum. Post deflagrationem, detur ignis fusionis, & leniter agitetur Crucibulum, ut Regulus fundum petat; qui, exemptio & sensim frigefacto Crucibulo, à scoriis liberatus servetur ad usum.

Saccharum Saturni.

℞. Minii q. v. cui in vase vitreo affunde Aceti destillati q. s. ut supernatet quatuor digitis: calefiat, & continuè agitetur aliquandiu: post residentiam, separetur acetum dulce, novumque affundatur; fiatque ut suprà, toties, donec nulla dulcedo ampliùs extrahatur. Liquores omnes conjuncti, per residentiam clarificentur: tum in vase vitreo fiat exhalatio ad dimidii absumptionem, vel eò usque, donec, vase in Cella, vel loco frigido, relicto, concrescant Crystalli; à quibus separatus liquor iterum exhalet, & reponatur in frigido, ad novorum Crystallorum concretionem: atque toties repetatur hujusmodi exhalatio & concretio, donec nulli ampliùs Crystalli concrescant. Tandem, fiat dissolutio, (in aqua

ſ. deſtillata, vel alia limpidiſſima) filtratio, & coagulatio Sacchari Cryſtallini dulciſſimi.

Sal Vitrioli.

℞. Vitriolum Ungaricum, vel Anglicum, in Crucibulo calcinando reducatur in pulverem Violaceum, ſeu obſcurè purpureum; qui pulvis partitim projiciatur in vas vitreum amplum, in quo ſit aqua communis deſtillata, vel alia limpida, baculo continuè agitando, donec aqua, quæ primò valdè incaleſcit, denuo refrixerit. Quieſcant omnia horas viginti quatuor: tunc agatur liquor per chartam griſeam bibulam: tandem fiat exhalatio in vaſe vitreo, & coagulatio ſalis Vitrioli ſ. a.

Turpethum Minerale.

℞. Mercurii crudi puriſſimi, Olei Vitrioli ab omni phlegmate ſeparati, ana partes æquales; indantur Phialæ, quæ ponatur in arena, ſuppoſito, &, per gradus, aucto igne, donec omnis humiditas abierit in auras, reſtante in fundo vaſis maſſâ albâ, quæ ſeparata à portiunculis Mercurii crudi quibuſcunque admiſtis, projiciatur in aquam fontanam claram; unde illico flaveſcit: ſuper quam Spiritum Vini ter accendito; tandem ſiccetur, & ſervetur ad uſum.

Tartarum Vitriolatum.

℞. Olei Tartari per Deliquium uncias quatuor; cui in vitro capaci guttatim inſtil-

la

la Olei Vitrioli optimè rectificati uncias duas: sic fiet coagulum albissimum, quod, supernatante humiditate caloré leni evocatâ, servetur ad usum.

Vitriolum Album Depuratum.

Vitriolum album dissolvatur in aqua pura; dissolutio agatur per filtrum chartaceum, &, post sufficientem exhalationem, fiat concretio Vitrioli albi depurati.

Vitrum Antimonii.

℞. Antimonii in longas venas scintillantis q. v. subtilissimè tritum extendatur in vase fictili lato; & succensis carbonibus, urgeatur sub dio, continuè agitando rudicula ferrea, donec in glebas concrescat: tum denuò teratur in pulverem, fiátque ut suprà, donec concrescat iterum; & toties iteretur labor, donec cinerem albicantem referat, nullumque edat fumum pulvis in laminam candentem projectus.

Tum, ℞. hujus Calcis libram semis, Boracis, seu Chrysocollæ factitiæ semunciam: indantur Crucibulo, quod, tegula tectum, igni validissimo exponatur, donec materia fluat instar aquæ: tandem projiciatur in pelvim æneam, vel supra laminam cupream & Vitrum hyacynthinum reservetur ad usum.

EXTRACTORUM CONFICIENDORUM RATIO GENERALIS.

Parari possunt Extracta ex omni fere materia medica; seu è quovis Medicamento sive simplici, cujusmodi sunt Herbæ, Flores, Semina, &c. sive composito, qualia sunt Species, Massæ Pilularum, &c.) quod Tincturam Menstruo, cui infunditur, communicare solet. Itaque sumatur cujusvis materiæ medicæ, concisæ, contusæ, vel aliter, ut pro infusione res postulat, præparatæ q. v. affundatur Spiritus Vini, vel aquæ stillatitiæ, Medici præscribentis intentioni accommodæ, q. s. Maneant in infusione ad calorem balnei, vel alium lentum, per biduum, plus minus, prout densitas vel tenuitas materiæ postulaverit, donec liquor medicamenti tinctura imprægnetur. Tum liquor tinctus separetur per inclinationem, affuso novo Menstruo, post singulam infusionem, ut priùs, separando: idque toties repetendum, quoties medicamentum de se Tincturam liquori impertierit. Liquores tincti conjungantur, per chartam emporeticam agantur; & tandem calore Balnei exhalet humiditas, donec materia in fundo vasis ad mellis consistentiam redigatur, quæ ad usum servanda; cui etiam ad Medici præscriptum, nonnihil Salis pro-

proprii, vel alterius idonei, (v.g. ſcrupuli duo vel ſemidrachmi, ad ſingulas extracti uncias) ut diutiùs humidum maneat, adjungi poteſt.

SALIUM CONFICIENDORUM MODUS.

Salis Volatilis, ſeu eſſentialis parandi ratio.

℞. Plantæ alicujus recentis & ſucculentæ, amplam ſatis quantitatem: contundatur in mortario ligneo, vel lapideo: dein affuſa copioſa aqua fontana clara, coquatur ad medietatis conſumptionem. Decoctum coletur, fortiter exprimendo. Colatura iterum coquatur ad mellis liquidi ſpiſſitudinem; reponatur in vaſo vitreo, vel fictili vitreato, in loco frigido, per octiduum ſaltem: & ſal cryſtallinus concreſcat, in modum Salis gemmæ; qui, effuſo decocto, colligitur, propria aqua abluitur, & ſiccatur ad uſum. Hoc modo conficitur ſal ex *Abſinthio, Carduo benedicto, Artemiſia*, & ex aliis etiam herbis amarulentis facilè: ex aliis autem non item, vel cum ſumma difficultate.

Salis

Salis Fixi, sive Elementalis, conficiendi modus.

Preparandi ratio his quatuor constat; Calcinatione, Solutione, Filtratione & Coagulatione. Primò igitur, materia medica in cineres albos Calcinatione redigenda est; ubi tamen aliqualis cautio adhibenda, nè nimis intenso igne, cineres in vitrum fundantur. Deinde ex cineribus, (affusa aqua pura & calida, ad omnis salsedinis extractionem) paretur Lixivium; quod filtretur, & in vase fictili lento igne coquatur, ut exhalet aqua, & sabre inquatur: qui, aliquoties iteratis solutionibus, filtrationibus, & Coagulationibus, ab omni impuritate ità liberandus est, ut planè albus ac mundus evadat. Sic parantur Sales ex Plantis, partibus Animalium calcinatis, &c. Inter hujusmodi Sales excellunt, *Sal. Absinthii, Thymi, Roris marini, Centaurii min. Artemisiæ, Cardui bened. Imperatoriæ, Petroselini, Ononidis, Fraxini, Ebuli, Guajaci, Buxi, Chamæmeli, Hyperici, Cichorii, Chelidonii, Cochleariæ, Betonicæ, Eupatorii Melissæ, Ceterach*, &c.

SIMPLICIUM QUORUNDAM MEDICAMENTORUM PRÆPARATIONES.

Adipum seu Pinguedinum Præparatio.

Adeps, seu Pinguedo recens, exemptis venulis, fibris, & membranulis, simplici aqua clara toties lavetur, donec pura nec amplius cruenta effluat: postea minutim incisa & probè contusa liquescat in duplici vase; dein coletur, & in aquam transfundatur, donec frigescat; tandem ab aquositate liberata, in vase vitreo loco frigido reponatur.

Durat annum integrum.

Eodem modo parentur medullæ, autumno (potissimùm) ex ossibus recentibus exemptæ.

Æris Ustio.

Æris lamellæ in fictile immittantur, interposito inter eas singulas Salis communis aut Sulphuris pulvere, sic ut fiat stratum super stratum: dein igne urantur quoad sufficerit. Cinis relictus, aqua calida sæpius affusa edulcetur.

Aloë depurata, seu Lota.

℞. Aloes subtiliter tritæ q. v. indatur ollæ vitreatæ affusa Spiritus Vini sufficienti quantitate, ut duobus aut tribus transversis digitis superemineat; spatula agi-

agitando, donec partes Aloës puriores à Spiritu eliciantur: quo effuso, alius denuo superfundatur; factáque simili agitatione & effusione, quo sordes partesque impuriores segregari possint, Spiritus simul collecti, evaporatione humiditatis redigantur in massam usui asservandam.

Aluminis Ustio.

℞. Aluminis quantum volueris. Indatur fictili novo, & tamdiu uratur, donec totum Alumen efferbuerit, nec amplius spumam emittat. Refrigeratum servetur in usum.

Anacardiorum Præparatio.

Anacardia trita, in mediocri aceti quantitate macerentur: idque ubi satis imbiberint, per lentam aceti evaporationem exiccentur.

Boli Armenæ Præparatio.

Bolus Armena lævigata rore Majali imbuatur, & sponte extra radios Solares exiccetur.

Bryoniæ Fœcula.

℞. Radic. Bryoniæ q.v. abradantur cultello, succúsque prælo fortiter exprimatur. Hic in vasculis sine motu detentus, post paucas horas fæculas albissimas, instar Amyli, deponet; quæ, aqua turbida supernatante, per vasis inclinationem separata, deficcentur in vitreatis vasculis. Eodem modo paretur fœcula Ari (quæ Gersa, seu Cerussa serpentaria, dici solet)

let) Raphani ruſticani, tum Iridis noſtratis, & ſimilium.

Butyrum Majale.

Butyrum recens ſine ſale, circa medium vel finem menſis Maji collectum; indatur vaſi terreo vitreato lato, atque in radiis ſolaribus collocetur, ut undequaque liquetur: quod optimè liquatum, dum Sol maximè fervet, per pannum lineum ſpiſſum ſine expreſſione tranſcoletur: hoc denuo Soli expoſitum, tandemque album factum, rurſus colatur, & per annum integrum reſervetur.

Lapidis Calaminaris Præparatio.

℞. Lapid. Calaminaris q. V. Candefiat bis, terve, totiéſque aquis Plantag. & Roſar. extinguatur. Tandem ſuper marmor lævigatus, cum iiſdem aquis in paſtillos redigatur.

Calcis Ablutio.

Trita Calx viva, in catino, copioſæ aquæ dulci multâ agitatione commiſceatur, cumque in fundo reſederit, mutetur aqua, & denuo commiſceatur; idque reperatur ſepties vel octies, factâ ſingulis vicibus per filtrum colatione: Tandem Roſacea affundatur, & Calx ſiccata aſſervetur.

Cauterii Potentialis, ſive Lapidis Septici, præparatio.

℞. Cineris Clavellati,
Calcis vivæ, ana partes æquales.

In-

indantur vasi vitreo vel vitreato, & macerentur dies aliquot in aqua communi: rum colentur, & clarum coquatur, ut artis est.

Efficacius autem Cauterium exhibet Cinis Fraxini, per simplicem combustionem ligni & corticis factus.

Coralliorum, Margaritarum, Oculorum Cancri, Lapidum pretiosorum, similiúmque præparatio.

℞. Cujusvis horum q. v. in mortario è Chalybe vel porphyrite tamdiu pistillo molantur (tantillo interim aquæ rosaceæ guttatim affuso) donec in tenuissimum pollinem redacta fuerint; deinde tormentur in pastillos.

Coriandri Seminis præparatio.

Coriandri semina acri aceto viginti quatuor horis macerentur, deinde siccata recondantur.

Possunt & eodem modo semina Cymini præparari.

Semina tamen hæc, citra hujusmodi præparationem, sunt efficaciora, & perinde innoxia.

Cornu Cervini, Eboris, aliorumque Ossium Ustio.

℞. Cornu Cervini, Eboris, aut Ossium quorumvis q. v. comburantur in Crucibulo, donec penitùs albescant; deinde subtilissimè trita laventur aliquoties aq. rosacea: tandem super marmor lævigata for-

formentur in Trochiſcos.

Si libet, in aqua Roſacea, qua ultima ablutio, diſſolve ſemunciam Capitis ad libram unam aquæ.

Ejuſdem, tum Oſſium, præparat. nova.

In deſtillatione aquæ vitæ, vel cujuſvis aquæ fortioris, Cornu vel Oſſa, filo annexa, ſuſpendantur in collo veſicæ, ità ut liquorem non attingant: tum ſuperpoſito capitello fiat deſtillatio, & per vapores aſcendentes Cornu vel Oſſa in ſubſtantiam friabilem redigentur poſt plurimas repetitas deſtillationes.

Elaterium Conficiendi modus.

℞. Cucumerum agreſtium, jam penè maturor. q. v. Preſcindantur ſupino cultro, ſuccúſque leviſſimè primoribus digitis expreſſus trajiciatur per ſetaceum tenuiſſimum in vas mundum vitreatum, dein ſubſidat, dum craſſiorem partem depoſuerit; tenuior ſupernatans effundatur per vaſis inclinationem; & quod adhuc reliquum eſt filtro trahatur; craſſior verò ſubſidentia linteo cooperta, Soli exponatur dum exaruerit, & ad uſum ſervetur. Pars tenuior, ſi videbitur, reſervari poterit ad compoſitionem. Ung. de Artanita.

Corticum Radic. Eſulæ præparatio.

Cortices radicum Eſulæ bene mundati infundantur per triduum in aceto vini acerrimo, deinde exiccati reponantur in uſum. Eodem modo folia Laureolæ, Mezerei, aliáque id genus præparantur.

Ex-

Euphorbii præparatio.

Euphorbium ab omnibus sordibus purgatum, & in pulverem redactum, vase vitreo indatur, superaffusâ succi Limonum optimè depurati quantitate tantâ, quæ tres vel quatuor digitos ei superemineat. Dein in B. M. fervente simul ponantur, donec Euphorbium à succo dissolutum fuerit. Tunc per linteum mundum colatur, iterúmque in Balneo Mariæ collocetur, quò omnis humiditas succi evaporet. Euphorbium in fundo permanens, servetur in usum.

Ellebori Nigri Radicum præparatio.

Radices Ellebori nigri prout apud nos habentur, triduò macerentur in succo Cydoniorum moderato calore, dein bene siccatæ reponantur.

Hircini Sanguinis præparatio.

Sanguis Hirci mediocris ætatis ollâ fictili excipiatur, & linteo tectus exponatur Soli, ut coaguletur; quódque ichorosum est, abjiciatur Crassior hic Sanguis secetur, teratur, & in vase vitreo servetur.

Laccæ præparatio.

℞ Laccæ immundæ (frustra enim lavatur sincera) parùm fractæ, non in pulverem redactæ q. v. coquatur in aqua, ut stipites (quibus scatet) eximi, & sordes in fundum demergi queant. Pars purior exiccetur, & recondatur usui.

Lapi-

Lapidis Lazuli præparatio.

Lapis Lazuli Cæruleus minutissimè supra porphyritem tritus aquâ abluatur, & exiccatus reponatur in usum.

Lithargyri Præparatio.

Lythagyrus tenuissimè in mortario levigetur, aquâ desuper limpidissimâ affusâ & agitatâ, donec ea turbida fuerit. Hinc in aliud vas conjiciatur. Tum alia denuo affundatur, agitetur, turbidaque reddita præcedenti adjungatur; idque toties iteretur, donec fœces in mortario subsederint, omnisque tenuior substantia cum aquâ fuerit educta; quæ quiescere permittatur, ut in fundo remaneat Lithargyrus solus ac syncerus. Tandem hic, aquâ prius effusâ, colligendus, & supra marmor ità lævigandus, ut nulla ejus asperitas linguâ percipi possit.

Lumbricorum Terrestrium præparatio.

Lumbrici terrestres fissi & mundati vino toties abluantur, donec omnem impuritatem deposuerint; deindesiccati reponantur.

Millepedum præparatio.

Millepedes, detersis sordibus, mundati, in ollam novam vitreatam indantur, quæ occlusâ, in furno, à panis coctione calente, collocetur, ut moderato calore

Mil-

Millepedes exiccentur, & in pulverem redigi possint.

Oesypum Parandi Modus.

Lanæ succidæ, hoc est, nondum purgatæ, quæ ex collo, coxis, & alis ovium defatigatarum fuerit detonsa, affundatur aqua fervens pluries, & lavetur diligenter, quousque omnem pinguedinem in aquam deposuerit. Postea expressa lana seponatur, & aqua illa pinguis & sordida ex uno vasculo in aliud diutissimè ex alto fundatur, & refundatur, donec spumosa fiat; ac tum spuma sinatur subsidere, aquæque innatans pinguedo colligatur; iterumque aqua, ut priùs, refundatur, donec spumet, ac innatans pinguedo auferatur; quod tam diu fiat, donec non ampliùs appareat spuma, nullaque super aquam concrescat pinguedo. Tum collectam pinguedinem cum spumâ in aqua purâ manu subigendo lava, sordésque immixtas, sæpius immutando aquam, auser; donec aqua pura effluat, & pinguedo linguæ admota non mordeat, deinde reponatur in fictili denso & mundo, loco frigido.

Opii præparatio.

Dissolvatur Opium in Spiritu Vini, solutum percoletur, & evaporet in consistentiam.

Plumbi Crudi Pulvis.

Plumbum in tenuissimas ducatur laminas: hæ, concisæ minutissimè, acerrimo aceto

aceto immergantur per triduum, aceto quotidie pro recenti mutato : exempta, & citra ustionem igne siccatæ, terantur laboriose in mortario ; atque in pulverem tenuissimum ac lævissimum rediganturtur, in usum.

Plumbi Lotio.

Aqua in mortario plumbeo, pistillo plumbeo tamdiu agitetur diligenter, ac ducatur, donec ea instar limi cujusdam nigricantis crassescat : Tunc liveſcens ille liquor coletur, exiccetur, atque in pastillos efformetur.

Plumbi ustio.

℞ Tenuissimarum laminarum Plumbi q. v. Fiat cum s. q. Sulphuris stratum super stratum in fictili novo : dein ignis succendatur, flagransque plumbum spatha ferrea versetur, donec prorsus in cinerem redactum fuerit ; qui tandem aqua simpl. lavati in usum reponantur.

Vel potius, Plumbum, leni foco liquefactum, rudicula ferrea agitetur, donec plane in Calcem abierit, nulla abhutione indigentem.

Pulmonum Vulpis præparatio.

Pulmones vulpis recentes, exempta prius aspera arteria, vino albo (cui Hyssopus & Scabiosa prius incoctæ fuerint) diligenter laventur, deinde furno temperato calido in olla siccentur, ita tamen ut nul-

nullatenus amburantur: postea reponantur in vitro cera obturato.

Scammonii præparatio.

Indatur pulvis Scammonii Cydonio excavato; quod, pasta obductum, in furno, vel sub cineribus ſ. a. assetur. Postea exemptum Scammonium servetur usui, vocaturque vulgo hoc modo paratum, Diacrydium, vel Diagridium.

Alia Ejusdem præparatio cum Sulphure.

℞ Scammonii triti q. v. extendatur super chartam bibulam, detineaturque supra carbones vivos Sulphure injecto fumantes, donec Scammonium (quod continue interim movendum est) liquescere incipiat, vel albescat. Atque hoc Scammonium Sulphuratum dicitur.

Resina Jalapii.

℞ Rad. Jalapii ponderolarum, nigrescentium & splendicantium, libram unam. Spiritus Vini rectificati, libras tres.

Digerantur leni calore unum vel alterum diem in vase clauso. Tum Spiritus tinctus per filtrum separetur, aliusque reaffundatur; idque toties fiat, donec Spiritus Vini non amplius coloretur. Tinctos hos Spiritus, in Cucurbita vitrea ad quartæ partis remanentiam abstrahe: affusoque aquæ frigidæ momento, Resina ad vasis fundum præcipitabitur: quæ a sordibus ab-

abluta, & exiccata, ſervetur in uſum. Similli modo Reſinæ Scammonii, Turpeti, Guajaci, aliarumque rerum Reſinoſarum parari poſſunt.

Scillæ præparatio.

℞. Scillam magnam recentem, abjectis ejus aridioribus extimis tunicis; involve hanc paſtæ panis, & in furno una cum panibus coque quouſque tenera fuerit, quod feſtuca indita explorare licet. Hinc e furno exime, & ſigillatim omnes Scillæ tunicas (rejecto ejus corde) detrahe, eaſque funiculo trajectas (ita ut ſe invicem non contingant) in loco ſicco ſuſpende donec fuerint ſiccatæ. Notandum autem ferreum cultrum non eſſe adhibendum in hoc negotio, ſed ligneum, aut eburneum, aliudve oſſeum.

Tartarum Lotum.

℞. Tartari triti q.v. affunde aquam fontanam frigidam, agitaque optime, hinc ſine ſubſidere: poſtea decanta aquam, aliamque denuo affunde, & poſt ſubſidentiam effunde. Atque hoc aliquoties repete, donec aqua limpida & pura fuerit

Terebinthina Cocta.

℞. Terebinthinæ Venetæ libram unam; huic affunde aquæ libras viginti quatuor; in qua tam diu coquatur, donec ita inſpiſſata fuerit, ut refrigerata Reſinæ modo friabilis ſit, & inſtar vitri diſſiliat tuſa.

Tuti-

Tutiæ præparatio.

Tutia, eo modo quo Lapis Calaminaris præparata, includatur insuper linteo mundo, quod in vasè aquâ limpidâ pleno huc illuc ducatur & agitetur, quò ejus tenuior & utilior pars in aquam effluat; crassiore & impuriore in linteo remanente. Dein residere permittatur, atque aqua effundatur. Postea idem opus toties repetatur, donec in linteo nihil utile remanserit. Pulvis hic adspersâ paucâ aquâ rosaceâ cogatur in Pastillos usui servandos.

INDEX

INDEX Remediorum.

A

Acacia Germanica. 137
Acetum Anthosatum. 88
Destillatum. 87
Caryophyllatum. 88
Radicatum. 342
Rosaceum. 87
Sambucinum. 88
Sciliticum. ibid.
Theriacale. 89
Theriacale Norimberg. 88
Adipum seu Pinguedinum præparatio. 351
Æris ustio. ibid.
Agaricus Trochiscatus. 222
Aloë depurata seu lota. 352
Rosata. 210
Aluminis ustio. 352
Anacardiorum præparatio. ibid.
Antidotus Analeptica. 172
Antidotum Hæmagogum. 178
Antimonium cum Nitro calcinatum. 334
Antimonii Regulus. 345
Tinctura. 334
Vitrum. 347
Aqua simplices stillatitiæ. 56
simplices previa digestione distillandæ 60
compositæ stillatitiæ. 62
Aqua Absinthii. 56
Absinthii minus composita. 62
Absinthii magis composita. 63
Aluminosa Magistralis. 85
Angelicæ. 56
Angelicæ magis composita. 64

Aqua Bezoartica. 69
Bryoniæ composita. 74
Caponis. 80
Cinnamomi. 63
Clareta dicta, Cinnamomi. 84
Cælestis. 77
Cordialis Saxonica, 73
Epidemia. 68
Fortis. 332
Gentianæ. 71
Gilberti. 72
Imperialis. 75
Juglandium composita. 82
Limacum Magistralis. 80
Lumbricorum Magistralis. 70
Mariæ. 81
Mellis. 332
Melissæ. 63
Menthæ. ibid.
Mirabilis. 76
Papaveris composita. 82
Pæoniæ composita. 67
Petasitidis composita. 66
Protheriacalis. 75
Raphani composita. 67
Scordii composita 81
Doctoris Stephani. 76
Tartarea. 332
Terebinthinata. 79
Theriacalis per infusionem. 81
Theriacalis stillatitia. 74
Vitæ Hibernorum, sive Usquebach. 82
Aromaticum Caryophyllatum. 153
Rosatum. ibid.

B.

Balsamum, sive Oleum Hyperici. 243
Lucatelli. 244
Polychrestum. 247
Vulnerarium. Ibid.
Benedicta laxativa. 198
Bezoarticum Minerale. 245
Boli Armeniæ præparatio. 252
Bryonia Fœcula. Ibid.
Butyrum Antimonii. 239
Majale. 253

C

Calcis ablutio. 253
Calaminaris Lapidis præparatio. Ibid.
Caryocostinum. 193
Cassia extracta pro Clysteribus. 194
extracta cum foliis Sennæ. 196
extracta sine foliis Sennæ. Ibid.
Catholicon. 199
Caules conditi. 144
Cauterii potentialis præparatio. 253
Cerata. 288
Ceratum de Galbano. Ibid.
Oesypheum. 289
Santalinum. Ibid.
Chalybs præparatus. 199
Condita. 144
Confectio Alkermes. 232
Hamech. 231
de Hyacintho. 282
de Thure. 251
Conservæ & Sacchara. 148
Coralliorum præparatio. 254
Coriandri præparatio. Ibid.

Cornu Cervini, aliorumque Ossium præparati vetus & nova. 354. 355
Cortices conditi. 144
Crocus Martis adstringens. 337
Martis aperitivus. 336
Metallorum. 337
Crystallum Tartari. 336

D

Decocta. 83
Decoctum Amarum. 92
commune pro Clysture. 89
Epithymi 90
Pectorale. 91
Sennæ Gereonis. 90
Traumaticum. 91
Diacapparis. 175
Diacarthamum. 197
Diacaryôn, sive Diannucum. 129
Diacassia cum Manna. 195
Diachlyon simplex. 298
Ireatum. 299
magnum. ibid.
magnum cum Gummi. 300
compositum sive Emplastrum è Muci-laginibus. ibid.
Diacinnamomum. 175
Diacodium. 110
Diacodium solidum, sive Tabulatum. 149
Diacorallion. 176
Diacorum. ibid.
Diacrocuma. 192
Diacydonium simplex. 177
cum Speciebus. ibid.
magistrale compositum. 178

Diamorôn. 195
Dianisum. 195
Diapenidion. 181
Diaphœnicôn. 197
Diaprunum lenitivum. 198
solutivum. 199
Diarrhodôn Abbatis, vide Species.
Diasatyrion. 181
Diascordium. 186
Diaturbith cum Rhabarbaro. 171
Diospoliticum, vide Species.

E.

Eboris ustio. 354
Eclegmata, vide Loboch.
Elaterii Confectio. 198
Electuaria. 355
Electuarium Amarum magistrale majus. 172
Amarum minus. 194
è Baccis Lauri. 195
è Citro solutivum. 174
Diaspermatôn 200
ex Elleboro, sive Elleborismus. 182
Lenitivum. 201
de Ovo. 202
Passulatum. 187
Pectorale. 203
Electuaria Purgantia. 185
Electuarium è Sassaphras. 193
è Succo Rosarum. 174
Elixir Proprietatis, 203
Emplastra. 340
Emplastrum Album coctum, sive de Cerussa. ib.
ex Ammoniaco. ibid.
è Baccis Lauri. 293
Em-

Emplastrum Barbarum magnum. 292
de Betonica. 293
Cæsaris. 294
Catagmaticum. 295
Cephalicum. 296
de Ceruſſa. 299
è Cicuta cum Ammoniaco. 296
è Cinnabari. 297
è Creta. ibid.
è Cruſta panis. ibid.
è Cymino. 298
Diachalciteos. ibid.
Diaphœnicõn calidum. 301
Diaphenicõn frigidum. 302
Divinum. 303
Epiſpaſticum. 304
Flos Unguentorum dictum. ibid.
Gratia Dei. 305
de Gummi Elemi. 304
Griſeum de lapide Calaminari. 305
de Hermodactylis. 306
ad Hæmoream. ibid.
Hyſtericum. 307
de Janua, ſive de Betonica ſimplicius. 308
de Maſtiche. 309
de Melilote ſimplex. ibid.
de Melilote compoſitum. ibid.
Metrapotieticum. 312
de Minio compoſitum. 311
de Minio ſimplicius. ibid.
de Mucilaginibus. 300
Nervinum. 312
Nigrum. 314

Emplastrum Oxycrocium. ibid.
sine Pari. ibid.
de Ranis. 315
Sacrum, sive Dialibanum Galeni. 316
de Sandyce. 317
de Sapone. 318
Sicyonium. ibid.
Stephanieum. 319
Stictium. 320
Stomachicum Magistrale. 322
Tonsoris. 322
Elaterium conficiendi modus. 335
Elebori nigri radicum præparatio. 336
Esulæ radicum præparatio. 336
Euphorbii præparatio. 336
Extracta conficiendi modus. 348

F.

Flores Benzoini. 338
Conditi. 142
quatuor Cordiales. 52
Salis Armoniaci. 338
Sulphuris. 339
Flos Unguentorum, vide Emplastrum.
Fragmenta quinque lapidum pretiosorum. 55
Fructus conditi. 144

G.

Gallia Moschata, vide Trochiscos.
Gelatina Cydoniorum. 136

H.

Herbæ capillares quinque. 54
emollientes quinque. ibid.
Hiera cum Agarico. 206
Diacolocynthidos. 206
Hie-

Hiera Logadii. 204
Picra simplex. ibid.
Hircini Sanguinis præparatio. 356

I.

Julepum Alexandrinum. 119
Cardiacum. 101
Rosatum. 119
Violaceum. 122

L.

Lac Virginale. 92
Laccæ præparatio. 356
Lætificans, vide Pulvis.
Lapis seu Sal Prunellæ. 341
Infernalis, sive Septicus. 338
Lapidis Calaminaris præparatio. 353
Lazuli præparatio. 357
Septici, seu Cauterii potentialis præparatio. 353
Laudanum. 221
Liquor, vel Liquamen Tartari. 332
Lithargyri præparatio. 357
Lohoch, vel Eclegmata. 138
de Caulibus, ibid.
de Farfara. ibid.
de Papavere. 139
è Passulis. 140
è Pino. ibid.
de Portulaca. 141
è Pulmone Vulpis. 142
Sanans. ibid.
Scilliticum. 143
Lumbricorum Terrestrium præparatio. 357

M.

Magisterium Corallorum. 345
Perlarum. Ibid.
Margaritarum præparatio. 354
Mel Anthosatum. 129
Elleboratum. Ibid.
Melita. Ibid.
Mel Mercuriale. Ibid.
Mororum. Ibid.
Nuceum. Ibid.
Passulatum. 130
Rosarum colatum. Ibid.
Rosatum commune sive foliatum. Ibid.
Rosatum solutivum. 131
Scilliticum. Ibid.
Violaceum. Ibid.
Mensuræ. 1
Mercurius corrosivus præcipitatus. 346
dulcis præcipitatus. 343
corrosivus sublimatus. 342
dulcis sublimatus. 343
vitæ. 344
Micleta. 182
Millipedum præparatio. 357
Mithridatium. 184
Mixa Cydoniorum. 136
Moschelæum. 255

N.

Nepenthes Opiatum. 221
Nutritum, vide Unguentum.

O.

Oculorum cancri præparatio. 354
Oesypum parandi modus. 358

Olea.
Oleum Absinthii chym. 238
Absinthites. 323
Amygdalarum Amararum. 241
Amygdalarum dulcium. 238
Anethinum. ibid.
Antimonii. 241
Aromatum chym. 329
Arsenici. 325
Avellanarum. 330
Benedictum. 238
Baccarum chym. 247
de Capparibus. 326
Carpinum. 247
de Castoreo. 239
de Castoreo compositum. 241
Catellorum. 248
Cerae. 249
Chamaemelinum. 328
Cheirinum. 242
Crysomelinum. ibid.
Olea Chymica. 239
Oleum Cinnamomi, &c. chym. 323
Olea Corticum Aurantiorum. 325
Citri, Limonum. 324
Oleum Costinum. ibid.
Crocinum. 249
Cydoniorum. ibid.
Enulatum. 242
Euphorbii. ibid.
Euphorbii compositum. ibid.
Excestrense. 249
Formicarum. 250
Olea Florum quorundam chymica. 242
Oleum

Oleum Guajaci.
Olea Herbarum Chymica. 323
Oleum Hirundinum. 251
Oleum, sive Balsamum, Hyperici simplex. 243
Hyperici compositum. 252
Hyperici magis compositum. ibid.
Jasminum. 243
Irinum. ibid.
Irinum compositum. 253
Latericium Philosoph. 325
Laurinum. 233
Liliorum. 242
Lumbricorum. ibid.
Majoranæ commune. 244
compositum. 244
Chymic. 323
Mandragoræ. 254
Mastichinum. 244
Meliloti. ibid.
Menthæ commun. ibid.
Chym. 323
Myrrhæ. 244
Myrrhæ chym. 325
Myrrhæ per deliquium. 333
Myrtinum. 244
Narcissinum. 245
Nardinum. ibid.
Nenupharinum. 244
Nicodemi. 256
Nicotianæ simplex. 244
Nicotianæ compositum. 245
Olivarum commune. 239
Olivarum Omphacinum. 240
ex Ovorum vitellis. ibid.

Oleum Papaveris. 245
Populneum simplex. ibid.
Populneum compositum. 257
Rosaceum completum. 241
Rosaceum Omphacinum. 240
Rosarum Chymicum, vulgò Spiritus Rosarum. 324
Rutæ commune. 245
Chym. 324
Sabinæ commune. 246
Chym. 324
Salis. 330
Sambusinum. 246
Scorpionum. ibid.
Olea Seminum quorundam Chymica. 325
Oleum Sicyonium. 246
Solani. ibid.
de Styrace. ibid.
Succini. 329
Sulphuris. 331
Tartari per deliquium. 332
Terebinthinæ. 327
Thuris. 329
Verbenaceum. 246
Violaceum. ibid.
Vitrioli. 331
Vulpinum. 258
Opii præparatio. 358
Oxycroceum, vide Emplastrum
Oxymelita. 129
Oxymel simplex. 131
compositum. ibid.
Elleboratum. 132
Julianizans. 134

Oxymel Scilliticum simplex. ibid.
Scilliticum compositum. ibid.

P.

Penidia, vide Saccharum. 150
Philonium Magistrale. 187
Persicum. 186
Romanum. 187
Pilulæ. 208
de Agarico. ibid.
Aggregativæ, sive Polychrestæ. 209
Aloëphanginæ. ibid.
de Aloë lota. 210
Aureæ. ibid.
Cochiæ majores. 211
Cochiæ minores. ibid.
de Cynoglosso. ibid.
Diambræ. 212
ex Duobus. ibid.
de Eupatorio majores. ibid.
Fœtidæ. 213
de Gutta Gamandra. ibid.
de Hermodactylis. 214
Hieræ cum Agarico. ibid.
Imperiales. 215
de Lapide Lazuli. ibid.
Macri. ibid.
Mastichinæ. 216
Mechoacanæ. ibid.
de Opopanace. ibid.
Rudii. 217
Rufi, sive communes. 218
sine Quibus. ibid.
Stomachicæ. ibid.
Stomachicæ cum Gummi. ibid.

Pilulæ è Styrace. 219
de Succino. ibid.
Tartareæ. ibid.
dictæ ex Tribus. 220
Plumbi Lotio. 359
Ustio. ibid
Pomatum, vide Unguentum.
Pondera. 1.
Pulmonum Vulpis præparatio. 359
Pulpæ Conditæ. 144
Pulveres. 152
Pulvis Antiliſſus. 169
radicum Ari compoſitus. 156
Bezoardicus Magiſtralis. 167
Cardiacus Magiſtralis. 153
è Chelis Cancrorum. 153
Granorum Chermes compoſitus. 153
Dialhoæ. 169
Diaſenæ. 171
Haly. 164
Lætificans. 165
Plumbi crudi. 358
Saxifragæ compoſitus. 168
Saxonicus. ibid.
Senæ compoſitus major. 170
Senæ compoſitus minor. 171
Thuraloes. 170
Comitis Warwicenſis. 172

R.

Radices Aperientes quinque. 54
Radices Conditæ. 144
Regulus Antimonii. 345
Reſina Jalapii. 360
Rob. 135

Rob simplex. ibid.
de Berberis. ibid.
de Cerasis. ibid.
de Cornis. ibid.
Cydoniorum. 136
Prunorum aridorum. ibid.
de Ribes. ibid.
Baccarum Sambuci. ibid.
Rosata Novella, vide Species.
Rotulæ pectorales. 225

S.

Sacchara. 149
Saccharum Penidium. 150
Rosatum tabulatum. 151
Saturni. 345
Tabulatum simplex & Perlatum. 149
Tabulatum compositum. 150
Sales conficiendi modus. 349
Sal Armoniacus. 349
fixus. 350
Prunellæ. 348
Succini. 329
Vitrioli. 346
Volatilis. 349
Sanguinis Hircini præparatio. 356
Sapæ. 155
Scammonii præparatio duplex. 360
Scillæ præparatio. 361
Sem. 4. Calida majora. 55
4. Calida minora. ibid.
4. frigida majora. ibid.
4. frigida minora. ibid.
Sief de Plumbo. 232
de Thure. 236

Spiradrap. pro Fonticulis. 318
Spiradrap. seu Tela Galteri. 319
Species. 152
cordiales temperatæ. 154
Diacalaminth. simpl. 155
Diacalaminth. compos. ibid.
Diaireos simpl. 157
Dialaccæ. ibid.
Diamarg. frig. 158
Diambræ. 159
Damosch. dulcis. 160
Diamosch. amari. ibid.
Dianthûs. 161
Diarrhod. Abbatis. 162
Diatragac. frig. 163
Diatriûn Pipereûn. 164
Diatriûn Santalûn. ibid.
Diospolitici. 163
Liberantis. 167
Elect. Rosatæ Novellæ. 170
Spiritus Stillatitii compositi. 62
Absinthii. ibid.
Spirit. Absinth. magis compositi. 63
Spiritus Angelicæ magis compositi. 64
Castorei. 66
Fuliginis. 339
Lavendulæ compositus. 65
Lumbricorum magistralis. 70
Salis Armoniaci. 339
Salis dulcis. 340
Tartari. 333
Urinæ. 340
Succus Glycyrrhizæ simplex. 137
Glycyrrhizæ compositus. ibid.

Succus Prunorum sylvestrium. ibid.
Syrupus de Absinthio simplex. 93
de Absinthio compositus. 94
Acetosus simplex. ibid.
Acetosus compositus. 95
de Agno Casto. ibid.
de Agresta. 96 & 103
Syrupi Alterantes. 94
Syrupus de Althæa. 96
de Ammoniaco. 97
de Artemisia. ibid.
exaurantiis. 103
ex Berberis. ibid.
è succo Betonicæ. 93
de Betonica compositus. 99
è succo Boraginis. 93
Botryos. 101
è succo Bugloss. 93
Byzantinus simplex. 100
Byzantinus composit. ibid.
Capillorum Veneris. 101
Cardiacus. ibid.
è succo Cardui Benedicti. 93
infusionis florum Caryophyll. 102
ex Cerasis. 103
è succo Chamæmeli. 93
Chamæpityos. 108
è succo Cichorii. 93
de Cichorio cum Rhabarbaro. 122
de Cinnamomo. 102
acetositatis Citriorum. 103
corticum Citriorum. ibid.
è Coralliis simplex. 104
è Coralliis compositus. ibid.

Syrupus Cydoniorum. 105
è succo Endiviæ. 93
de Epithymo. 123
è succo Eryſimi. 93
è succo Eryſimi compoſ. 105
è succo fragorum. 93
è succo Fumariæ. ibid.
de Fumaria compoſ. 106
de Glycyrrhiz. ibid.
Granatorum. 107
è succo Hederæ terreſtris. 93
è succo Hyperici. ibid.
de Hyſſopo. 107
Jujubinus. 109
è succo Limonum. 103
è succo Lujulæ. ibid.
è succo Lupuli. 93
de Meconio. 110
Meliſſophylli. 111
de mentha. ibid.
è succo Mercurialis. 93
è moris. 103
de Mucilaginibus. 112
Myrtinus. ibid.
florum Nymphææ ſimplex. 113
florum Nymphææ compoſitus. ibid.
ex Oxalide. 103
infuſionis florum Pæoniæ. 115
de Pæonia compoſitum. ibid.
de Papavere erratico, ſive rubro. 113
de Papavere magis compoſitus. 110
è floribus Perſicorum. 124
è ſuccorecentium ſummit. Piloſellæ. 93
de piloſella. 114

Syrupus è ſucco Plantaginis. 93
è ſucco Pomorum. ibid.
è ſucco portulacæ. ibid.
de Pomis alterans. 116
de Pomis purgans. 124
de Pomis magiſtralis. 125
de Praſio. 116
Syrupi Purgantes. 122
Syrupus de quinque Radicibus. 117
Raphanii compoſitus. ibid.
Regim. 119
de Rhabarbaro. 126
de Rhamno ſolut. vid. de ſpina Cervina.
è Ribes. 103
Roſaceus ſolutivus. 126
Roſaceus ſolutivus cum Agarico. 127
Roſaceus ſolutivus cum Helebor. ibid.
Roſaceus ſolut. cum Seno. 128
è ſucco Roſarum. 127
è Roſis ſiccis. 119
de Rubo Idæo. 94
è ſucco Salviæ. ibid.
è ſucco Scabioſæ. ibid.
Scabioſæ compoſitus. 119
è ſucco Scordii. 94
è ſucco Sempervivi. ibid.
de Scolopendrio. 120
de ſpina Cervina. 128
de Stœchade. 120
de Symphyto. 121
è ſucco Tuſſilaginis. 94
è ſucco Veronicæ. ibid.
Violarum. 122
è ſucco Violarum. ibid.

T

Tapſimel, vide Ungentum.
Tapſivalentia, vide ibidem.
Tartarum Vitriolatum. 346
lotum. 361
Terebinthina cocta. ibid.
Theriaca Andromachi. 188
Diateſſaron 183
Londinenſis. 191
Tincturæ. 83
Tinctura Antimonii. 335
Caſtorei. ibid.
Chelidonii, 84
Cinnamomi, ibid.
Croci. 83
Fragorum. ibid.
Ononidis. 84
Roris Solis. ibid.
Salis Tartari. 339
Scordii. 83
Theriacalis. 84
viridis. 85
Trochiſci. 221
de Abſinthio. ibid.
albi Khaſis. 222
Alexiterii. ibid.
Alhandal. 223
Aliptæ Moſchatæ. ibid.
Alkekengi. 224
Bechici albi. 225
Bechici nigri. ibid.
de Berberis. ibid.
de Camphora. 226
de Capparibus. ibid.

Trochiſci de Carabe. 227
Cypheos. ibid.
de Eupatorio. 228
de Gallia Moſchata. 229
Gordonii. ibid.
Hedychroi. 230
Hyſterici. ibid.
de Ligno Aloës. 231
de Myrrha. ibid.
de Plumbo. 232
Polyidæ. ibid.
Ramich. 233
de Rhabarbaro. 234
de Santalis. ibid.
de Scilla. ibid.
de Spodio. 235
de Terra Lemnia. ibid.
de Thure. 237
de Violis ſolut. ibid.
de Vipera. 237
Viticis, ſive Agni Caſti. ibid.
Tryphera minor. 207
ſolutiva. ibid.
Turpethum minerale. 346
Tutiæ præparatio. 362

V.

Valentia Scabioſæ, vide Unguentum.
Vinum Abſinthites. 85
Anthoſatum. ib.
Antimoniale. 86
Benedictum. ibid.
ſive Aqua, Ceraſorum nigrorum. ibid.
Chalybeatum. 87
Ellebor atum. 86

Vinum Euphragiatum. 83
Vina Medicata. ibid.
Vinum Rubellum. 86
Scilliticum. 87
Vitriolum album depuratum. 347
Vitrum Antimonii. ibid.
Unguenta. 259
Unguentum Ægyptiacum. ibid.
Adstringens. 272
Agrippæ. ibid.
de Alabastro. 273
Album. 259
Amarum. ibid.
Anodynum. 260
ex Apic. ibid. & 281
Apostolorum. 274
Aregon. 275
de Artanita. 276
Aureum. 260
Basilicon majus. 261
Basilicon minus. ibid.
ex Bdellio 262
de Calce. ibid.
Catapsoras. 277
Citrium. 278
Comitissæ. 279
Dialthæa. 262
Diapompholygos. 263
è gummi Elemi. 260
Enulatum. 263
Enulatum cum Mercurio. 264
Hæmorrhoidale. 280
Laurinum vulgare. 264
Martiatum. 280

Unguentum Mastichinum. 281
de Minio. 264
de Mucilaginibus. 281
Neapolitanum. 282
Nervinum. ibid.
è Nicotiana. 264
Nutritum. ibid.
Ophthalmicum. ibid.
ex Oxylapathe. 266
Pectorale. 283
è Plumbo. 266
Pomatum. ibid.
Populneum. 284
Potabile. 267
Resinum. ibid.
Resumptivum. 285
Rosatum. 267
Rubrum desiccat. 268
Rutaceum. ibid.
è Solano. 269
Splanchnicum. 285
Splanchnicum magistr. 286
è Succis. 287
è Succis Aperitivis. ibid.
Sumach. 288
Tapsimel. 270
Tapsivalentia. 271
Tutiæ. 269
Valentia Scabiosæ. 270
Usquebach Hibernorum, vide Aqua vitæ. 82

FINIS.